Sup euangelio ſancti luce.
Continuum ſancti thome.

Inter cetera īcarna
cionis xp̄i miſteria
que iſayas ꝓpheta
diligenter et apte
ꝓnunciat dicit. In
duā celos tenebris
et ſaccū ponā ope
rimentum eoꝝ. do
minus dedit michi
linguā eruditā ut
ſciam ſuſtentare eū
qui lapſus eſt v̄bo
Erigit mane. mane erigit mihi aurem. ut audiam
quaſi magiſtrū. Ex quibus v̄bis et accipe poſſu-
mus euāgelij ſm̄ lucā materiā. modū ſcribendi fi
nem. et ꝯdictionē ſcriptoris. Augꝰ. de conſen.
euan. Lucas .n. circa ſacerdotalē dn̄i ſtirpem at
ꝗ ꝑſonam magis occupatus videt̄. Vn̄ ꝑ vitulū
ſignificatus eſt. ꝓpt̄ maximā victoriam ſacerdotis
Ambro. Vitulus em̄ ſacerdotalis eſt victima.
vnde bene ꝯgruit vitulo hic euāgelij lib' q̄ a ſac̄
dotibus inchoauit. et ꝯſumauit in vitulo. qui oim
peccata ſuſcipiens ꝓ tocius mūdi vita eſt imola/
tus. et ipſā vituli immolationē lucas ſtilo quodā
ꝑ͡lenioze diffudit. Gloſa. Quia igit̄ paſſionem
criſti p̄ncipaliter exponere lucas intendit. huius
euāgelij materia ſignificari poteſt in eo ꝙ dititur.
Induam celos tenebris et ſaccū ponam operimē
tum eoꝝ. Nam ad litterā in paſſione xp̄i tenebre
facte ſūt et in diſcipulis fides obſcurata eſt. Je
roni. ſup iſayam. Et criſtꝰ deſpectꝰ erat et igno
bilis qn̄ pendebat in cruce. et abſconditus ē vul
tus eius atq3 deſpectus ut humano corꝑe diuina
potencia celaret̄. Hier. Sermo aūt luce tam in
euāgelio ꝙ in actibus apoſtoloꝝ comptioz eſt.
et ſeculari redolet eloquētia. vn̄ ſubdit̄ Dominꝰ
dedit mihi linguam eruditā Ambro. Nam licet
ſcriptura diuina mūdane euacuet ſapientie diſci-
plinā. ꝙ i maioze fucata verboꝝ ambitu ꝙ rez
tacione ſubnixa ſit. Tamen ſiquis in ſcripturis di
uinis etiā illa q̄ imitenda illi putāt querat. inue/
niet Sanctus em̄ lucas velut quendā hiſtoricū
ordinē tenuit. et plura nobis geſtoꝝ dn̄i miracu
la reuelauit. Ita tamē ut omēs ſapientie v̄tutes
euāgelij ipſius ꝯplecteret̄ hiſtoria Quid em̄ pre
cellentius ad ſapienciā naturalem. ꝙ ꝙ ſpiritum
ſanctū creatorem eciā dn̄ice incarnacōis extitiſſe
reſerauit. Docet moralia in eodem libro. quemad
modū ſcz amare inimicū debeam. Docet etiā racio
nalia cum lego. qm̄ qui fidelis ē in minimo. et in
magno fidelis eſt. Euſebius in eccleſiaſtica hi
ſtoria. Is ergo genere quidem antiochenꝰ arte
medicꝰ. ſecundū hanc medicinā quā ex apoſtolo
rum vel ſocietate vel traditione ſuſcepat. Duos
nobis medicinales libros quibus non corꝑa. ſed
anime curent̄ explicuit. vn̄ ſequit̄. Vt ſciam ſuſtē
tare eum qui lapſus eſt verbo Hiero. ſup iſayā
Dicit em̄ ſe a dn̄o accepiſſe ſermonem. qm̄ lapſū
errantemq3 populū ſuſtentet et reuocet ad ſalutē

Grecus. expoſitoz Cum aūt lucas bone indolis
eſſet et capacitatis ſtrennue et grecoꝝ ſcienciam
ꝯſecutus eſt. Gramaticā ſiquidē atq3 poeſin ad-
eptus ꝑfecte. Rethoricā aūt et ꝑſuadēdi leporē
aſſecutus ad plenū. neq3 philoſophie muneribꝰ
caruit. Deniq3 et medicinā acquirit. Et qm̄ nat̄e
velocitate ſatis de humana guſtauerat ſapientia
ad altiozem conuolat. Accelerat igit̄ ad iudeam
et viſibilit̄ et verbotenꝰ xp̄m adit. Cumq3 verita
tem cognoſceret. verus effecit̄ xp̄i diſcipulꝰ plu
rimū magiſtro cōmozatus Gloſa. vn̄ ſubditur
Erigit mane quaſi a iuuētute ad ſecularē ſapienti
am. Mane erigit mihi aurem ad diuinā. ut audiā
quaſi magiſtrū ſcz ipſū criſtum Euſebius in ec
cleſiaſtica hiſtoria. Tradunt aūt ꝙ euāgeliū ſuū
ex pauli oze ꝯſcripſerit ſic et marcꝰ q̄ ex petri oze
fuerāt ꝑdicata ꝯſcripſerit Criſ. ſup math. vter
q3 aūt eoꝝ magiſtrū imitatꝰ eſt. hic quidē pau
lum ſup flumina fluentē. ille aūt petrum breuilo
quio ſtudentem. Augꝰ. de cōcordancia euāge
liſtaꝝ. Eo aūt tempore ſcripſerūt quo nō ſolum
ab eccleſia xp̄i. verū etiā ab ipſis adhuc in carne
manentib3 apoſtolis ꝓbari meruerūt. Et hec ꝓ
hemialiter dicta ſufficiant.

## Prohemium.

Quoniamquidē multi conati ſūt ordinare
narracionem que in nobis complete ſūt
rerū. ſicut tradiderūt nobis qui ab ini/
cio ipſi viderunt. et miſtri fuerūt ſermo
nis. Viſum eſt et mihi aſſecuto a p̄ncipio omia di
ligent̄ ex ordine tibi ſcribere optime theophile
ut cognoſcas eoꝝ verbozum de quibꝰ eruditus
es veritatem Euſebius in eccleſiaſtica hiſtoria.
Lucas in inicio euāgelij ſui cauſā cur ſcripſerit in
dicauit. videlicz qm̄ multi alij temē preſumſerāt
enarrare res q̄ ſibi magis erant ad liquidū com
perte Et hoc eſt quod dicit. Quoniā quidē multi
conati ſunt ordinare narracionē rerum Ambro.
Nam ſic multi in iudeoꝝ populo diuino infuſi ſpi
ritu ꝓphetauerūt. alij aūt pſeudo ꝓphe erāt. potiꝰ
ꝙ ꝓphe. ſic et nūc i nouo teſtamēto m̄lti ſcribē euā
gelia conati ſūt q̄ boni nummularij nō ꝓbauerūt
q̄dē ferē euāgeliū qđ duodecim ſcripſiſſe et aliud
dicunt̄. Auſus eſt eciā baſilides euangeliū ſcribe
re. fertur aliud ſcđm thomā. et aliud ſm̄ mathiā
Beda. Multos ḡ eos non tam numeroſitate ꝙ
hereſeos multifarie diuerſitate commendat. Qui
non ſpiritusſancti munere donati. ſed vacuo labo
re conati magis ordinauerūt narrationē ꝙ hiſto
rie texuerūt veritatem Ambro. Qui em̄ conatꝰ
eſt ordinare. ſuo labore conatus ē nec impleuit ſi
ne conatu Sunt em̄ et donaciones et gracia dei q̄
vbi ſe infuderit. rigare ꝯſueuit. ut non egeat ſed
redūdet ſcriptoris ingenium. Et ideo bene dicit
Rerum que in nobis complete ſūt. vel que in no-
bis redūdant quod em̄ redūdat nulli deficit et de
ꝯpleto nemo dubitat. cum fidem effectus aſtruat
exitus prodat Orige. Dicit aūt rez. qz non ſm̄
phantaſiā iuxta hereticos exercuit ih̄s carnalem
ipſius aduentum. ſed cum veritas eſſet reuera ne
gocium ꝓſecutus eſt. Affectum autem ſuum indi
cat ex hoc ꝙ ait. Que in nobis ꝯplete ſūt id eſt q̄

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in nobis maifeſtiſſime ſūt oſtenſe · Certa em̄ fide
et rōne cognouerat· neqꝫ in aliquo fluctuabat
Criſo · Euāgeliſta aūt nō ſolum teſtimonio ɔten
tus eſt ꝓprio· ſed ad apoſtolos totum refert· In
de robur venatur ſermoni· et ideo ſubdit· Sicut
tradiderūt nobis qui ab inicio ipſi viderūt Eu-
ſebius in eccleſiaſti ca hiſtoria· Certus ē ꝙ veri
tatē vel paulo exponentes· vel alijs apoſtol' qui/
ab inicio ipſi viderāt vel ſibi tradiderāt ɔſecutus
ſit Criſ· Dicit aūt viderūt q: hic maxime robur
naſcitur credulitatis quod addiſcitur ab his qui
p̄ſencialit' viderunt Orige· Palaꝫ eſt aūt ꝙ cu
iuſdam doctrine finis ē ipſa doctrina· ſicut geome
trice· alterius vero doctrine finis in ope ɔputat̄
ſicut medicine· et ita eſt in ſmone dei· Et iō poſt
ꝙ ſignificauerat ſcienciā· ex hoc ꝙ dixerat ipſi vide
runt· demonſtrat opa· Ex hoc ꝙ ſequit̄· Et mini/
ſtri fuerūt ſermonis vel verbi Ambro· Nam cō
gruit iſta locucō vt maius miſteriuꝫ verbi ꝙ̄ au
ditum eſſe credamus· ſed q: non ꝓlatiuū verbuꝫ
ſed ſubſtanciale ſignificat̄· non vulgare verbū· ſed
celeſte intelligamus· cui apoſtoli miniſtrauerūt
Ciril· ꝙ aūt dicit huius verbi viſores fuiſſe apo
ſtolos ɔcordat cum iohāne qui dicit· Verbuꝫ ca
ro factum ē et habitauit in nobis· et vidim⁹ glo
riam eius · Verbum nanqꝫ mediāte carne viſibile
factum eſt Ambro· Non ſolum autē ſm corpus
viderunt dn̄m· ſed eciā ſm verbum· Viderunt em̄
verbum qui cum moiſe et helia viderūt gloriam
verbi· alij nō viderūt· qui corpus tantūmodo vi
dere potuerūt· Orige· Et in exodo quidē ſcrip
tum eſt· Populus videbat vocem dn̄i· vox aūt au
ditur potius ꝙ̄ videtur· Sed ꝓpterea ita ſcriptū
eſt· vt oſtenderet̄ nobis alijs videre oculis vocē
dn̄i quib⁹ illi aſpiciunt· qui merentur· Porro in
euāgelio non vox cernit̄· ſed ſmo qui voce p̄ſtan
cior eſt· Theo · Ex hoc em̄ manifeſte innuit̄· ꝙ
lucas non fuit diſcipulus ab inicio · ſed ꝓceſſu tē
poris Alij aūt fuerūt diſcipuli ab inicō· vt petr⁹
et filij zebedei· Beda· Et tn̄ matheus ꝙ̄ et iohā
nes in multis que ſcriberēt ab his qui infanciam
puericiam genealogiāqꝫ eius ſcire et geſtis inte-
eſſe potuerūt audire opus habebāt Orige· De
inde facultatē ſcribēdi replicat· qm̄ ea que ſcrip
ſit· non rumore ɔgnouit· ſed ab inicō fuerat ipſe
ſubſecutus· vn̄ ſequit̄ Viſum eſt et mihi aſſecuto
a principio omnia diligent' ex ordine tibi ſcribere
optime theophile Ambro· Cum dicit viſum ē et
mihi· non negat deo viſū· adeo ei ꝑparat̄ volūtas
hoim· Prolixiorem aūt hūc euāgelij libruꝫ ꝙ̄ ce
teros eſſe nemo dubitauerit· et ideo nō ea que fal
ſa ſūt· ſed que vera ſibi vēdicat· Et ideo dicit· Aſ
ſecuto quidē omnia viſū eſt ſcribere· non oīa ſed ex
omibus q: que fecit iheſus· ſi ſcribant̄ cia· nec ip
ſū mundū cape arbitror· cōſulto aūt que ab alijs
ſūt ſcripta p̄terijt vt ꝓprijs quibuſdā ſinguli euā
gelioꝝ libri miſterioꝝ geſtorūqꝫ miracul' emie
rent· Theo· Scribit aūt ad theophilū virum
inclitum fortaſſis et pn̄cipem· q: ꝙ dicit optime
non dicebat̄ niſi pn̄cipibus ⁊ p̄ſidibus· ſic et pau
lus feſtop̄ſidi dixit· optime feſte Beda· Theo
philus aūt interpretat̄ amans deum · vel amat⁹ a
deo Quiſquis ergo amat deū ſiue a deo ſe deſide/
rat amari ad ſe ſcēptum putet euāgeliū et vt ſibi
datū munus ſibiqꝫ cōmendatū pign⁹ conſeruet·
Non aūt nouoꝝ q̄rumlibet eideꝫ theophilo ⁊ ve
lut ignotorū racio pandēda· ſed eoꝝ de quibus
eruditus eſt verboꝝ ꝓmittit̄ veritas exp̄menda
cum ſubdit̄· vt cognoſcas eoꝝ verborum de qui
bus eruditus es veritateꝫ ſcꝫ vt quo quid ordine
a dn̄o geſtū dictū ve ſit· agnoſcere queat Criſ·
Vel alit' vt certitudinē habeas· et ſecur⁹ exiſtas
que auditu preceperas ꝓſpicies in ſcriptura ·
Theo· Plerūqꝫ em̄ cum ſine ſcripto aliq̄d dicit̄·
calūniant̄ illd quaſi falſū Cum vero quis que di/
cit ſcripſerit· tunc magis credimus· q̄ſi niſi puta-
ret vera non ſcriberet Criſ· vel aliter Totū euā
geliſte ꝓhemiū duo continet· ɔditionē eoꝝ qui
ante eum euāgeliū ſcripſerāt· puta mathei et mar
ci· Et rurſū cur et ipſe ſcribere ꝓpoſuit Cum vero
dixiſſet· Conati ſūt· vocabulum potens applicari
et ad p̄ſumptuoſe aggrediētes materiā et ad ho
neſte ptractantes illam Duabus additionib⁹ du
biam ſenteciā certificat· Primo quidem q: dixit
Que in nobis complete ſūt reꝝ Secūdo quia di
xit Sicut tradiderūt nobis q̄ ab inicio ipſi vide-
runt Simul autē hoc quod dico tradiderūt· indi
care mihi videt̄ ꝙ et ipſi moneant̄ ꝓpagare· Ve
lut em̄ illi tradiderūt ipſos q̄ꝫ oportebit accipiē
tes ſeriatim adinuicem ꝓmulgare· Nondū auteꝫ
cōmendantes ſcripture q̄ tradita fuerāt· ɔtinge/
bant inconueniētia plurima ꝓuenire diutūitate
tpis· Vnde merito qui de primis viſorib⁹ verbi
et miſtris vbi accepant in ſcriptis vniuerſo mun
do tradicōneꝫ p̄ſtiterūt et calūnias ꝓpellentes ⁊
obliuionem deſtruentes· et ex ipſa tradicōne inte
gritatem accomodantes ·

## CAPIT · · I ·

FVit in diebus herodis regis iudee ſacerdos quidaꝫ nomie zacharias de vice abia Et vxor illi de filiabus aaron et nomen eius helizabeth· Erant aūt iuſti ambo ante deum ince dentes in omibus mādatis et iuſtificacōnibus domini ſine q̄rela et non erat illis filius eo ꝙ eſſet elizabeth ſterilis· et ambo pceſſiſſent in diebus ſuis ·

Criſ· Euangelice
narracōis exordium
a zacharia ſummit ⁊
natiuitate iohānis ·
mirū ante mirū ediſ/
ſerens· minus an̄ ma
ius· Nam qm̄ virgo
paritura erat· ꝑpara
uit gracia vt vet⁹ p̄
us concipet· Decla-
rat aūt tempus · cuꝫ
dicit · Fuit in diebus
herodis Et adijcit di
gnitateꝫ cum ſubdit
regis iudee· Ali⁹ aūt
herodes fuit· qui io
hannem occidit· ſed
ille tetracha fuit· h
aūt rex· Beda tem
pus aūt herodis ali
enigene regis domi
nico atteſtat̄ aduen
tui· Predictū namqꝫ
fuerat· q: non defici
et princeps de iuda
neqꝫ dux de femore
ei⁹ donec veniat qui

mittendus eſt· Ex quo em̄ patres ex egipto exie
runt· ſue gentis iudicibꝰ vſqꝫ ad ſamuel ꝓphetã
ac deinde regibus vſqꝫ ad tranſmigracionē ba/
bilonie regebant̄· Poſt reditum vero babilonie
ꝑ pontifices reꝝ ſūma gerebat̄ vſqꝫ ad hircanū
regē ſimul et pontificē· quo ab herode intercmp
to Iudee regnum ipſi herodi alienigene iuſſu au
guſti ceſaris tradit̄ gubernandū· Cuius ·xxxi· an
no iuxta ꝓpheciā ſupradictā· qui mittendꝰ erat·
aduenit Ambro· Docet aūt nos diuiā ſcriptura
non ſoluꝫ mores in his qui ꝑdicabiles ſūt· ſed et
parētes oportere laudari· vt veluti trāſmiſſa im
maculate puritatis hereditaꝰ· in his quos volu=
mus laudare ꝑcellat· non ſolum igit̄ a parentibꝰ
ſed etiam a maioribus ſancti iohānis nobilitas ꝓ
pagatur· non ſeculari poteſtate ſublimis· ſed re
ligionis ſucceſſione venerabil' Plena eſt igit̄ lau
datio que genus mores· officiū· factum· iudicium
ꝯprehēdit officium in ſacerdocio· vn̄ dicit ſacer=
dos quidā nomie zacharias Beda· in homelia·
De ſacerdotali ei ꝓſapia iohānes ortus vt eo po
tentiꝰ imitacionē ſacerdocij ꝑconizaret quo ipſū
ad ſacerdotale genus ꝑtinere clareſceret· Am
bro· Genus at ꝯprehendit in maioribꝰ· vn̄ ſequit̄
De vice abia id eſt nobilis inter familias Beda
Erant em̄ pn̄cipes ſanctuarij id eſt ſūmi ſacerdo=
tes tam de filijs eleazar q̄ꝫ de filijs ithamar· quo
rum vices ſcd̄m miſteria ſua vt igrederent̄ domū
dei ·xxiiij· ſortibus dauid diſtinxit· In quibꝰ fami
lie abia de qua zacharias ortus eſt· ſors cōtigit
octaua· Non aūt fruſtra ꝑmus noui teſtamēti ꝑco
in octaue ſortis iure naſcit̄· qꝛ ſic ſeptenario ſepe
numero ꝓpter ſabbatum vetus teſtamentū· ſic no
uum aliquociēs ꝑ octonariū ꝓpt̄ ſacramētum do
minice vel noſtre reſurrectōis exꝑmit̄ Theo·
Volens etiam oſtēdere q̄ꝫ legalit̄ ex ſacerdotali
genere erat· ſubdit Et vxor illi de filiabus aaron
et nomen eius helizabeth· Leuitici ·xxij· Non ei
ꝑmittebatur de alia tribu vxorem accipe· ſed de
ſua Helizabeth interꝑtat̄ requies Zacharias ve
ro memoria dn̄i Beda in homelia· Iuſtis enim
parētibus iohānes ē genitus· vt eo confidentiꝰ
iuſticie ꝑcepta populis daret· quo hec ipſa non
q̄ſi nouicia didiciſſet· ſed velud hereditario iure
a ꝓgenitoribus accepta ſeruaret· Vnde ſequit̄·
Erant aūt ambo iuſti ante deū Ambroſiꝰ Et ſic
mores in equitate ꝯprehēdit· Bene aūt dicit an̄
deum· Fieri em̄ poteſt vt aliq̄s affectata bonitate
populari iuſtus videat̄ mihi· iuſtus aūt ante deū
non ſit· ſi iuſticia non ex mentis ſimplicitate forme
tur· ſed adulatione ſimulet̄· Perfecta igit̄ laus ē
ante deum iuſtū eſſe· ſolus em̄ perfectior ē qui ab
eo ꝓbatur· qui non poteſt falli· Factū aūt ꝯpre
hendit in mādato· in iuſtificacōe iudiciū· vnde ſe
quitur Incedentes in oībus mādatis et iuſtifica
cionibus dn̄i· Cum em̄ mādatis celeſtibus obedi=
mus· in mādatis dn̄i incedimus· Cum ꝯgrue indi
camus· tenere dn̄i iuſtificacōes videmur· Proui=
dere aūt oportet bona· non ſolum coram deo· ſed
eciā coram hoībus· vn̄ ſequit̄· Sine q̄rela· Nulla
em̄ querela ē vbi et mētis bonitas ꝯcordat et fa
cti· et plerumqꝫ iuſticia durior hoīm querelā exci

tat Orige· Poteſt etiā aliquid iuſtū iniuſte fie
ri· vt ſi iactancie cauſa quis paupi elargiat̄ q̄d
non eſt ſine querela· ſequit̄ Et non erat illis filiꝰ
eo q̄ꝫ erat ſterilis helizabeth et ambō ꝓceſſiſſent
in diebus ſuis Criſ· Non ſolum aūt helizabeth
erat ſterilis· ſed eciā patriarchaꝝ ꝯiūgens· Sa
ra· Rebecca· Rachel· quod dedecus erat antiquis
non poſſumus dicē q̄ꝫ peccati effectus eſſet ſteri
litas· cūcti iuſti cūcti ꝟtuoſi· ſꝫ at fuit ſterilitatis
cauſa· vt cum videris ꝟgineꝫ parientē dn̄m· non
ſis incredulus exercitans mentē tuam in aluo ſte/
rilium· Theo· Et vt eciam tu addiſceres q̄ꝫ lex
dei multiplicacionē filioꝝ non appetit corpaleꝫ
ſed magis ſpiritualē· Proceſſerāt autē ambo· nō
ſolum ſcd̄m corpus· ſed ſcd̄m ſpiritum aſcenſiones in
corde ponentes ⁊ vitam ſuā vt diem et non vt no
ctem habentes quaſi in die honeſte ambulantes·

**Factum eſt autē cum ſacerdocio fungeret̄ zacharias ī ordine vicis ſue ante deū ſcd̄m conſuetudinē ſacerdocij· ſorte exijt vt incē=ſum poneret ingreſſꝰ in templuꝫ domini· Et omnis multitudo populi erat orans foris hora incenſi·**

Beda Per moiſen
dn̄s vnū ꝯſtituit ſum
mū ſacerdotem· cui
mortuo vnū ſuccedē
iuſſit· et hoc vſqꝫ ad
dauid tempora ſua
tuꝫ eſt a quo plures
fieri domino agente
decretum eſt· Vnde
nūc zacharias in or/
dine vicis ſue ſacdo/
cio functus eſſe aſſe=
ritur cū dicit̄· Factū
eſt aūt cum ſacerdo/
cio fungeret̄ zacha/
rias· in ordine vicis
ſue ante deum· ſcd̄m
conſue· ſacer· ſorte exijt vt incenſum poneret in=
greſſus in templuꝫ dn̄i Ambro· Videt̄ aūt hic
zacharias ſūmus deſignari ſacerdos· qꝛ ſemel in
anno ſolus ſūmus ſacerdos in ſecundo ſanctuario
intrabat non ſine ſāguine quē offerret ꝓ ſe et ꝓ
populi delictis· Beda· Non aūt nūc noua ſorte
electus eſt cum incenſū eſſet adolendū ſed priſca
ſorte cum ex ordine ſui pontificatꝰ in vicem abia
ſuccederet· Sequit̄· Et omnis multitudo populi
erat orans foris hora incenſi· Incenſum in ſancta
ſanctoꝝ a pontifice deferri expectāte foris tem
plum omni populo decimo die ſeptimi menſis eſt
iuſſum· ⁊ hanc diem expiacionis ſiue ꝓpiciacōnis
vocari· Cuius diei miſterium apoſtolus ad hebre
os pandens· Ihesū oſtendit pontificē eſſe verū
qui in ſanguine ꝓprio celi ſecreta ſubijt· vt ꝓpi=
cium nobis faceret patrem· et interpellaret pro
peccatis eorum· qui adhuc ꝓ foribus orantes ex
pectant Ambroſius· Hic eſt autem ille ſummus
ſacerdos qui adhuc ſorte queritur· quia verus ad
huc ignoratur· Qui em̄ ſorte eligit̄· humano iu
dicio non comprehēditur· Ille igit̄ querebatur
et alius figurabatur· verus in eternum ſacerdos
qui non hoſtiarum cruore ſed ꝓprio patrem deuꝫ
generi reconciliaret humano· et tunc quidem vi=
ces erant· nunc autem eſt perpetuitas·

**Apparuit autē illi angelus domini ſtans a dextris altaris incēſi· Et zacharias turbatus ē videns·et timor irruit ſuper eum·Ait aūt ad illum angelus Ne timeas zacharia· qm̄ exaudita ē deprecatio tua et vxor tua helizabeth pariet tibi filium· et vocabis nomen eius iohannē· et erit tibi gaudiū et exultacio· ⁊ multi i natiuitate ei9 gaudebūt·**

Criſo· Ingreſſus zacharias in tēpluz vt preces ferret pro cūctis ad deū·et quaſi dei et hoim mediator· vidit angelū intus ſtantez·vn̄ dicit̄ Apparuit aūt illi angelus dn̄i ſtās a dextris altaris incenſi· Ambro· Bene apparuiſſe dicit̄ ei·quī eū repente oſpexit· Et ſpecialit̄ aut de angel' aut de deo ſcriptura diuina tenere oſueuit·vt qd non poteſt p̄uideri apparere dicat̄· Non ei ſimiliter ſenſibilia videntur·et is cuius in voluntate ſitū ē videri et cui9 nature ē nō videri Orige· Et h tm̄ in p̄nti ſeculo dicim9·ſ; et in futuro cū migrauerim9 a mūdo non oibus vel deus vel angeli apparebunt·ſ; ille tm̄ videbit qui mundū habuit cor·Locus aūt nec nocere poterit quēq̄ nec iuuare· Criſ· Manifeſte aūt apparuit non in ſomnis·eo q̄ nimis arduum annūciabatur Vnde manifeſtiori et mirabiliori viſione egebat· Damaſcenus·Tamē angeli non vt ſūt hominib9 patefiūt·ſed trāſfigurati put poſſunt viſores aſpicere in qdcunq; iuſſerit dominus· Baſilius·Dicit aūt altaris incenſi·eo q̄ et alterū erat altare deputatū ad holocauſta Ambro·Non imerito aūt angelus videt̄ in tēplo·quia veri ſacerdotis annūciabat̄ iam aduent9· et celeſte ſacrificium pabatur· in quo angeli miſtrarent·non em̄ dubites aſſiſtere angeluz qn̄ criſtus immolat̄·Apparuit aūt a dextris altaris incenſi· q2 diuine inſigne miſericordie deferebat Dn̄s em̄ a dextris ē mihi·ne commouear· Criſ· Non poteſt aūt homo quantumcūq; ſit iuſtus abſq; timore cernere angelum· Vnde et nūc zacharias aſpectum non tolerās preſencie angeli·nec fulgorez illum valens ſufferre turbat̄· Et hoc ē qd ſubdit̄ Et zacharias turbatus eſt videns·Sicut aūt auriga pterrito lorisq; dimittente corruūt equi p̄cipites·totaq; quadriga puertitur· ſic accidere conſueuit anime quociens ab aliquo ſtupore vel ſollicitudine dep̄mitur·vnde et hic ſubdit̄·Et timor irruit ſup eum Orige· Noua quippe facies humanis ſe obtuitibus p̄bens turbat mentem animūq; oſternat·Vnde angelus ſciens hanc humanam eſſe naturā primū pturbacōni medet̄· Nam ſequit̄·Ait aūt ad illum angelus·ne timeas zacharia· Athanaſius· in vita anthonij· Vnde non difficilis eſt bonoꝝ ſpirituū malorūq; diſcrecio Si em̄ poſt timorē ſucceſſerit gaudiū· a dn̄o veniſſe ſciam9 auxilium·q2 ſecuritas anime p̄ſentis maieſtatis iudiciū eſt· Si autē incuſſa formido pmanſerit·hoſtis eſt qui videt̄·Non ſolum aūt trepitantem refocillat·ſ; eciam nouo letificat nūcio ſubdens·Qm̄ exaudita eſt dep̄cacio tua· et vxor tua helizabeth pariet tibi filiū Aug9·d queſ·euā·Vbi p̄mo hoc attēdendū eſt·q2 nō eſt veriſimile vt cum p peccatis populi vel ſalute vel redemptione ſacrificiū ille offerret· q̄ potuerit publicis votis relictis homo ſenex vxorem habens p accipiēdis filijs orare p̄ſertim· nam nemo orat accipe quod accepturū eſſe deſperat·Vſq; adeo aūt ille iam ſe habituꝝ filios deſperabat· vt h angelo pmittenti non crederet·Ergo quod ei dicitur Exaudita eſt deprecacō tua· p populo intelligendū eſt cuius populi qm̄ ſalus et redempcō et peccatorum abolicō p xp̄m futura erat· adhuc nunciat̄ zacharie naſciturus filius· q2 p̄curſor xp̄i deſtinabat̄· Chriſ· Vel q̄ ſit exaudita eius dep̄cacō pbat per hoc· q̄ gignend9 erat ei filius clamās ·Ecce agnus dei· qui tollit peccata mundi· Theo·Quaſi ipo dicente ·Vnde erit m̄ hoc manifeſtum ait angel9 ex hoc q̄ heliſabeth pariet ·credes q̄ peccata populo ſunt remiſſa· Ambro·Vel alit̄ ·plena ſemp et redūdancia ſunt diuina beneficia non exiguo conſtricta munere·ſ; vberi bonoꝝ coaceruata congeſtu·vt hic p̄mum p̄cacōnis fructus pmittit̄ Deinde ſterilis part9 vxoris cuius nomen prenūciat ſubdens Et vocabis nomem eius iohannem Beda· Singularis meriti indicium datur·quociēs homibus a deo vel imponit̄ nomen·vel nunciat̄· Criſ·ſup iohannem Illud q; oportet exp̄mere· qm̄ in quib9 ab ipſa teneritate infācie virtus refulgere debebat·a p̄ncipio diuinitus ſumebāt nomia·hijs vero qui poſtea debebāt excreſcere· nomē poſtea imponebatur Beda·Iohānes g̃ interp̄tat̄ in q̃ eſt gr̄a vel domini gracia quo noīe declarat̄·p̄mo parentibus ei9 graciā quibus decrepitis naſceret̄ fili9 eſſe donatā·Deinde ipſi iohanni qui magnus coram dn̄o erat futurus·poſtremo eciaz filijs iſrael quos ad dn̄m erat oūerſurus·Vn̄ ſequit̄· Et erit gau·tibi et exul· Orig·quando em̄ iuſtus orit̄ in mundo miſtri natiuitatis eius letant̄· qn̄ vero ille naſcit̄ qui q̄ſi ad penas et ergaſculū relegat̄ miſter oſternatur·et concidit Ambro·Sanct9 aūt non ſolū pentum gracia· ſed eciā ſal9 eſt plurimorum·vnde ſequit̄· Et multi in natiuitate ei9 gaudebūt·admonet̄ hoc loco ſanctoꝝ generacōe letari·admonent̄ parētes gracias agere·Non em̄ mediocre·munus eſt dei·dare liberos·propagatores generis·ſucceſſionis heredes·

**Erit em̄ magnus coram dn̄o·et vinum et ſiceram non bibet et ſpirituſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſue et multos filioꝝ iſrahel oūertet ad dn̄m deum ipſoruz et ipſe precedet ante illum in ſpū et v̄tute**

Ambro· Poſt leticiaz plurimoꝝ magnitudo virtutis promittitur cum dicitur Erit em̄ magn9 corā dn̄o· Non corporis ſ; anime magnitudinē declarauit·Eſt coraz domino magnitudo anime magnitudo v̄tutis Theo·Multi namq; magni dicunt̄ ſed coram hominibus· non coram deo·ſicut

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

helie· vt ɔuertat cor da patrum in filios· et incredulos ad prudenciam iuſtorum parare domino plebem perfectam·

hipocrite· Ita autē et parentes iohānis iuſti corā domino dicti ſūt· Ambroſi9· Deniqȝ nō fines ali/cui9 ꝓpagauit imperij· non triūphos bellici certamis repor/tauit· ſed quod ē amplius p̄dicans in deſerto· delicias hominū corpis qȝ laſciuiam magna animi ꝟtute depreſſit· Vnde ſequit̄· Et vinum et ſicerā non bibet Beda· Sicera inp̄pretatur ebrietas· quo vocabulo hebrei omne qd̄ inebriare poteſt poculū ſiue de pomis ſiue de frugib9 ſeu de qualibȝ alia materia confectum ſig̃ficant· Propriū vero in lege nazareoꝝ erat· vino et ſicera tp̄e obſecracōis abſtinē· Vn/de· iohānes ceteriqȝ tales vt ſemp nazarei id eſt ſancti manere poſſint· ſemp his abſtinē ſatagunt non eñ decet vino in quo eſt luxuria· inebriari eū qui muſto ſpiritusſancti deſiderat impleri· Vnde recte cui vini ebrietas tollitur· ſpiritus gr̄a cumulatur· Sequit̄ autē· Et ſpiritusſancto replebit̄ adhuc ex vtero matris ſue· Ambro· Cui ſp̄uſſanctus infundit̄· magnaꝝ eſt plenitudo ꝟtutū· Siquidē ſanct9 iohes anq̄ naſceret̄· matris adhuc in vtero poſitus ſpiritus accepti graciā deſignauit· cum in vtero parentis exiliens dn̄i euangelizauit aduentū· Alius ē ſpiritus vite huius· alius gracie· Ille naſcendo ſumit exordiū· moriēdo defectum· iſte non etatibus cohercet̄· non obitu ex/tinguitur· non aluo matris excludit̄· Grecus· Quod autē erit opus iohānis· quid ve p ſpiritū ſanctū paget· oſtendit ſubdēs Et multos filioꝝ iſrael ɔuertet ad dn̄m deum ipſoꝝ Orige· Johannes quidē plurimos conuertit· Domini autē opus eſt vt omnes ad deū patrem cōuertat Beda· Cum aūt iohānes qui xp̄o teſtimonium phi/bens· in ei9 fide ꝓlos baptizabat· dr̄ filios iſrael ad dominū deū ipſoꝝ ɔuertiſſe· patet criſtū dominū deū eſſe iſrael· Vnde deſinant arriani xp̄m dominū deum eſſe negare· Erubeſcant fotiniani xp̄o ex virgine principiū dare· Ceſſent manichei aliū populi iſrahel atqȝ aliū chriſtianoꝝ deum credere· Ambro· Non aūt egemus teſtimonio· ꝙ plurimorū ſanctus iohānes corda conuertit· i q̄ nob̄ prophetice ſcripture et euāgelice ſuffragantur· Vox eñ clamātis in deſ͛to· Parate viā domino· Non eñ de ſe· ſed de dn̄o p̄dicabat p̄nūcius xp̄i· Et ideo ſequit̄· Et ipſe p̄cedet ante illū in ſpiritu et virtute helie· bn̄ p̄cedet ante illum· qui p̄nūcius natus et p̄nūtius mortu9 eſt· Bene etiā iūgit̄· In ſpiritu et virtute helie· Orige· Non dicit in anima helie· ſed in ſpiritu et virtute Spiritus eñ qui fuerat in helia venit in iohāne et ſimiliter virtus eius· Ambro· Nunq̄ eñ ſine virtute ſpiritus vel ſine ſpiritu virtus· Et ideo i ſpiritu et virtute· qꝛ ſanctus helias et virtutem habuit magnam et graciā· Virtutem vt ad fidem animos populoꝝ a pfidia retorqueret· Virtutē abſtinencie atqȝ paciencie· et ſpiritum ꝓphetandi· In deſerto helias· In deſerto iohes· Ille achab regis graciā non q̄ſiuit· hic ſpreuit herodis· Ille iordanem diuiſit· hic ad lauacrū ſalutare ɔuertit· ille p̄oris hic ſequētis dn̄ici p̄curſor aduētus

Beda· ꝙ aūt de helia p malachiam p̄dictū eſt hoc p angelū de iohāne dicit̄ cum ſubdit̄· Vt cōuertat corda patrū in filios· ſpiritualē antiquorum ſanctoꝝ ſcienciā populis p̄dicando infundēſ Et incredulos ad prudenciā iuſtoꝝ· Que eſt non de legis operibus iuſticiam p̄ſumere· ſȝ ex fide ſa/lutē querere Grecus· vel aliter· parētes iohis et apoſtoloꝝ iudei fuerūt· ſed tn̄ ɔtra euāgeliū ex ſupbia et infidelitate ſeuiebāt· itaqȝ tanq̄ benigni filij iohannes p̄us et apoſtoli ɔſequent̄ eis veritatem mōſtrabāt· in ꝓpriam iuſticiam et prudenciam eos attrahentes· Sic etiā helias reliquas hebreoꝝ ɔuertit ad apoſtoloꝝ veritatē Beda Quia vero zachariā ꝓ plebe ſupplicantē dixerat exauditum· ſubiūgit· Parare dn̄o plebem pfectā in quo docet· quo ordine plebs eadē ſaluari et pfici debeat· ad p̄dicacionē ſcȝ iohānis penitendo et credendo in criſtū Theo· vel aliter· Johes plebem pauit· non incredulā· ſȝ pfectam id eſt p̄paratam ad ſuſcipiendū criſtum Orige· Sacramentum aūt iohānis vſqȝ nunc explet̄ in mundo· Quicūqȝ eñ crediturꝰ eſt i iheſū xp̄m· antea ſpiritus et virtus iohānis ad animam illius venit· et preparat domino populū perfectum·

Et dixit zacharias ad angelū· vnde hoc ſciam· Ego eñ ſum ſenex· et vxor mea ꝓceſſit in dieb9 ſuis· Et reſpondens angelus dixit ei· Ego ſum gabriel· qui aſto ante deū et ſum miſſus loqui ad te· et hec tibi euāgelizare· Et ecce eris tacens et non poteris loqui vſqȝ i diem quo hec fient· pro eo ꝙ nō credidiſti verbis meis q̄ implebuntur tp̄e ſuo· Et erat plebs expectans zachariam et mirabantur ꝙ tardaret ipſe in templo· Egreſſus autē non poterat loqui ad illos· Et cognouerūt ꝙ viſionē vidiſſet in templo· et ipſe erat innuens illis et permanſit mutus·

Criſ· habito reſpectu zacharias ad ꝓpriam etatē· quin etiam coniugis ſterilitate ɔſpecta diffiſus eſt Vnde dicit̄· Et dixit zacharias ad angelū Vnde hoc ſciam q̄ſi dicat· quō hoc fiet· Et cauſā dubitacōis ſubdit· Ego eñ ſum ſenex· et vxor mea ꝓceſſit in dieb9 ſuis· q̄ſi diceret· etas intē/pesta· natura inepta ego generās debil͛· terra ſteril͛· Non aūt cenſetur ꝓpt̄ hoc dign9 eſſe venia ſacerdos· dum ſeriem reꝝ expoſtulat· q̄ñcunqȝ eñ deus aliquē indicat oportet in fide ſuſcipe· Nam ſup huiuſmodi diſceptare contumacis eſt aīe· vn̄ ſequit̄ Et reſpondēſ angel9 dixit ei· Ego ſū gabriel· qui aſto ante deum· Beda· quaſi diceret· Si hō talia ſigna ꝓmittēt impune ſignū flagitare liceret· at cū angelus ꝓmittat iam

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dubitare nõ decet Sequit̃· Et miſſus ſũ loqui ad te et hec tibi euãgelizare Criſ· Vt cũ audias me a deo miſſuʒ fore nihil huãnũ eſtimes ex his q̃ tibi dicunt̃· Neqȝ eĩ ex me loquor· ſȝ mittẽtis relata denũtio· Hec ẽ eñ nũcij bonitas vt nihil ex ſe referat·

Beda· Vbi notandũ eſt· ꝙ angel9 ſe et ante deum ſtare et ad euãgelizandũ zacharie miſſuȝ eſſe teſtatur· Gre· in home· Quia et cum ad nos veniũt angeli· ſic exterius implent miſterium vt tñ nunq̃ interi9 deſint ꝑ contẽplacionẽ· Quia et circũſcriptus eſt angelicus ſpũs· ſũmus tñ ſpiritus qui deus eſt· circumſcriptus non ẽ· Angeli itaqȝ etiã miſſi ante ipſum ſũt· quia quõlibȝ miſſi veniant· intra ipſũ currũt Beda· Dat aũt ei ſignũ qđ rogatur· vt qđ diſcredendo locutus ẽ· iam ta/cendo credere diſcat Vnde ſequit̃· Et ecce eris tacens· et non poteris loqui· Crſ· vt a vi generatiua· ad organa vocalia vincula trãſferant̃ Nec intuitu ſacerdocij ei parcat̃· Sed ob hoc plectebatur amplius qꝛ circa fidem ceteris ꝑeſſe debebat

Theo· Sed qꝛ verbũ quod iugi animo habet̃ poteſt etiam ſurdũ ſignificare· qꝛ bene talis eris ſurdus et non poteris loqui· Conueniẽter eñ hec duo paſſus ẽ· tanq̃ eñ inobediens ſurditatem incurrit· et tanq̃ ɔtradictor taciturnitatẽ Criſ· Dicit autẽ· Et ecce q̃ſi diceret in hoc inſtanti· Sȝ ɔſidera miſeracionẽ dñi in hoc ꝙ ſequit̃· Vſqȝ in diem quo hec fient quaſi diceret Cum ꝑ euent9 rerum qđ dico oſtendo· et noueris te iure punitum tũc te de pena eripiam· Et cauſã pene oñdit· cum ſubditur· Pro eo ꝙ non credidiſti verbis meis q̃ implebunt̃· in tꝑe ſuo· non attendẽs v̓tutem ei9 qui miſit me cui ego aſſiſto Si aũt is qui erga natiuitatẽ mortalem incredul9 erat· punit̃· qualit̃ qui celeſtẽ et ineffabilẽ calumniat̃· vitabit vltionem· Grecus· Dum aũt hec intrinſec9 agerent̃ dilatio tꝑis admirari cogebat expectanteȝ forinſecus multitudinẽ· vnde ſequit̃· Et erat plebs expectans zachariã et mirabant̃ ꝙ tardaret ipſe in templo· Cũqȝ ꝑ diuerſa vagaret̃ ſuſpicio· quilibet dictabat ad libituȝ donec zacharias egrediẽs docuit ſilẽdo qđ latendo perpeſſus ẽ· vnde ſequitur· Egreſſus aũt non poterat loqui ad illos· et cognouerũt ꝙ viſionẽ vidiſſet in tẽplo Theo· Innuebat aũt populo zacharias forte cauſã taciturnitatis interroganti· quã loqui non valens· ꝑ mutũ declarabat· vnde ſequit̃· Et ipẽ erat innuens illis et permanſit mutus· Ambro· Eſt aũt mutus quidẽ ſine verbo corꝑales actus indicare moliens· nec exprimens eius voluntatem·

**Et factũ eſt vt impleti ſunt dies officij ei9 abijt in domum ſuam Poſt hos autem dies concepit helizabeth vxor eius· et occultabat ſe menſibus quinqȝ dicens· Quia ſic fecit mihi dominus in diebus quibus reſpexit auferre obprobrium meum inter homines·**

Beda Vicis ſue tẽpore pontifices templi tm̃ officijs mancipati non ſolũ a ꝯplexu vxorum· ſȝ ab ipſo q̃ȝ domoꝝ ſuaꝝ abſtinebant ingreſſu· Vnde dicit̃· Et factũ eſt vt impleti ſũt dies officij eius· abijt i domũ ſuam· Quia eñ tunc ſacerdotalis ex ſtirpe aaron ſucceſſio querebat̃ neceſſario tempus ſubſtituende ſoboli procurabatur At qꝛ nunc nõ carnalis ſucceſſio ſed ꝑfectio ſpiritalis inquirit̃· ſacerdotib9 vt ſemp altari queant aſſiſtere· ſemp caſtitas obſ̄uanda ꝑcipitur· Sequitur· Poſt hos autẽ dies ɔcepit helizabeth vxor eius· poſt dies ſcȝ officij zacharie cõpletos· Geſta ſũt aũt hec mẽſe ſeptẽbri· kalendas viij· octobri q̃ñ oportebat iudeos ieiuniũ ſcenophegie celebrare imminente equinoctio in quo incipit nox eſſe maior q̃ dies· qꝛ criſtũ oportet creſcere Iohãnem aũt minui· Nec fruſtra tũc dies ieiunioꝝ erant· quia ꝑ iohannẽ erat hoibus afflictio penitẽcie ꝑdicãda· Sequit̃· Et occultabat ſe mẽſibus quinqȝ· Ambro· Que cauſa occultacõis niſi pudor· Sunt eñ q̃dam tꝑe ꝑſcripta ɔiugio q̃ñ dare operã ꝓ creandis liberis ſit decorũ· dum anni vigent· dũ ſuſcipiendoꝝ liberorum ſpes eſt at vbi maturã eui ſenectus ſucceſſerit et etas eſt regẽdis liberis habilior q̃ creandis· pudor ẽ legitimis licet feſtus geſtare indicia et grauari aliene etatis oñere et tumeſcere auũ non ſui tꝑis fructu Pudebat ḡ ꝓpter etatem· vnde intelligi pt̃ cauſa qꝛ iam non ɔueniebãt inter ſe cõcubitu ɔiugali· Neqȝ eñ ea que ſemlẽ non erubeſceret coitum· erubeſceret ꝑtum· Hec tñ erubeſcit onus parẽtis q̃ diu neſcit miſterium religionis· Sȝ que occultabat ſe qꝛ cõcepat filium· iactare ſe cepit quia generabat ꝓ/phetam Orige· Et ideo dicit· Menſibus quinqȝ id eſt donec maria concipet· et fetus eius exultãs cum gaudio ꝓphetaret Ambro· Et q̃uis part9 ſui erubeſceret etatẽ· rurſus caruiſſe ſe gaudebat obprobrio dicẽs· Quia ſic fecit mihi dñs Criſ· Scilicet ſoluit ſterilitatẽ donum ſuꝑ naturaȝ conceſſit· Et petra infructuoſa ſpicas virentes ꝓduxit· abſtulit dedecus dum genitricẽ fecit· Vnde ſequit̃· In die· qui· re· auf· ob· meũ inter ho· Ambroſi· Pudor eñ eſt feminis nupciaꝝ ꝑmia non habere· quib9 hec ſola eſt cauſa nubendi Criſ· Dupliciter igit̃ gaudet dñ et a nota ſterilitatis ipſam eripuit dñs et qm̃ illuſtrem partũ enixa eſt· Non eñ vt in ceteris gignenciũ ſolus concubit9 interuenit· ſȝ gr̃a celeſtis hui9 ortus fuit exordiũ

Beda· Miſtice aũt ꝑ zachariam ſacerdociũ iudeoꝝ· ꝑ elizabeth poteſt lex ipſa deſignari· q̃ ſacerdotũ doctrinis exercitata ſpiritales deo filios ignẽ debat· ſȝ nõ valebat qꝛ neminẽ ad ꝑfectõȝ adduxit lex· Erant ambo iuſti· qꝛ bona ẽ lex et ſacerdocium ꝓ illo tꝑe ſanctum· Ambo ꝓceſſerant in diebus ſuis· qꝛ aduemente xp̄o iam inclinant̃ ad ſenium· Ingredit̃ zacharias templũ· qꝛ ſacerdotum eſt intrare in ſanctuariũ miſterioꝝ celeſtiũ Foris orat multitudo qꝛ miſtica penetrare neqt· Dum altari thimiama imponit· naſciturũ iohãnẽ agnoſcit· quia dum doctores flãma diuine lectionis ardent· graciam dei ꝑ iheſum ꝓditurã reperiunt· et hoc ꝑ angelum qꝛ lex ꝑ angelos ordinata eſt· Ambro· In vno autẽ vox tocius plebis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

obmutuit · quia in vno totus ad deum loquebat̄
populus·traſiuit em̄ ad nos dei verbū· et in nob̄
non tacet· Mutus eſt· qui nō intelligit legē· Cur
em̄ tibi magis videat̄ mutus eſſe qui ſonū ꝙ qui
miſterium neſcit· Innuenti ſimilis eſt populus iu
deoꝝ· qui actuū ſuorum ꝓſtare non poteſt rōnē

Beda· Et tn̄ elizabeth concipit iohānem qꝛ in
teriora legis ſacram̄tis xp̄i abūdant · Conceptū
quiqꝫ menſibꝰ occultat· qꝛ moiſes quinqꝫ libris
miſteria xp̄i deſignat· Seu qꝛ chriſti diſpenſacio
in quiqꝫ mundi etatibus ꝑ ſanctorum dicta vel fa
cta figuratur ·

In menſe autem ſex-
to miſſus eſt angelus
gabriel a deo in ciui-
tatem galilee cui no
men nazareth ad vir
ginem deſponſataꝫ
viro cui nomē erat io
ſeph de domo dauid
et nom̄ ꝟginis maria

Beda· Quia criſti
incarnacio vel ſexta
etate ſeculi fut̄a vel
ad implecionē legis
erat ꝓfutura · recte
ſexto menſe concepti
iohīs miſſus ad ma-
riam angelꝰ naſcitu
ruꝫ nūciat ſaluatorē
Vnde dicit̄· In men
ſe aūt ſexto· Menſem
ſextū·murciū intelli
ge cuiꝰ·xxv·die dn̄s
noſter et ꝯceptꝰ tra
ditur et paſſus·ſicut
et·xxv·die·menſis decēbris natus· ꝙ ſi vel ħ die
vt nōnulli arbitrant̄· equinoctiū vernale·vel il-
lo ſolſticiuꝫ brumale fieri credamus· ꝯuenit cum
lucis incremento ꝯcipi vel naſci eum qui illumi-
nat omnē hominē venientē in hunc munduꝫ· At
ſiquis ante dn̄ice natiuitatis et ꝯcepcōis tempꝰ
ꝯſiderat lucē vel creſcere vel tenebras ſuperare
ꝯuicerit· dicimus et nos qꝛ iohānes ante faciē ad
uentus eius regnū celoꝝ euāgelizabat· Baſi-
lius· Adeunt aūt nos celeſtes ſpiritus non quaſi
ex ſeipſis· ſed ex eo ꝙ diuine ſapiencie decorē con
ſpiciunt· Vnde ſequit̄· Miſſus ē angelus gabriel
a deo· Grecus in home· Ad mariam ei ꝟgineꝫ
non quilibet angelus· ſed gabriel archangelus
mittit̄· ad ħ quippe miſteriū ſummū angelū veni-
re dignum fuerat· qui ſummū oīm nūciabat · Qui
idcirco ꝓuato noīe cenſet̄· vt ſignet̄ ꝑ vocabu-
lum in opacione quid valeat· Gabriel em̄ dei for
titudo nominat̄ ꝑ dei ergo fortitudinē nūciandꝰ
erat· qui virtutū dn̄s et potens in prelio ad bel-
landas poteſtates aereas veniebat Gloſa· Ad
ditur aūt et locus quo mittit̄· cum ſubdit̄· In ci-
uitatem galilee cui nomen nazaret· Nazareus em̄
id eſt ſanctus ſanctoꝝ nūciabat̄ venturꝰ Beda
in home· Aptum aūt humane reſtauracōis prin
cipium· vt angelus a deo mitteretur· ad ꝟginem
partu ꝯſecrandū diuino· qꝛ prima ꝑdicōis huma
ne fuit cauſa cum ſꝑpens a diabolo mittebatur ad
mulierem ſpiritu ſupbie decipiendā· Vnde ſequi
tur· Ad ꝟginem Augꝰ· de ſancta virginitate ·
Illum em̄ ſolū ꝟginitas decenter parere potuit
Oportebat ei caput noſtrū ꝓpter inſigne miracu
qui in ſua natiuitate parem habere non potuit ·
lum ſcd̄m corpus naſci de ꝟgine· quod ſiḡficaret
mēbra ſua de ꝟgine etiam ſm̄ ſpiritū naſcitura·
Hiero· in ſmone aſſumpcōis Et bene angelus ad
ꝟginem mittit̄· qꝛ ſemp eſt angelis ꝯgnata vir
ginitas· Profecto in carne preter carnem viuere
non terrena vita eſt· ſed celeſtis Criſ· non aūt an
gelꝰ pꝰ partū ānūciat ꝟgini ne nimiū exiū turba
retur Et ideo ante ꝯcepcionē illā alloquit̄· nō in
ſomnis ſꝫmo viſibiliter aſſiſtit Nam quaſi magnā
valde relacionē accipiens· egebat ante rei euen-
tum viſione ſolenni· Ambro· Bene aūt vtrūqꝫ
poſuit ſcriptura· vt et deſpōſata eſſꝫ et ꝟgo· Se
quit̄ em̄ deſponſatam viro· Virgo vt exps viril
ꝯſorcij videretur · Deſponſata ne temerate ꝟgi-
nitatis adureret̄ infama · cui ꝙuis aluus corrup
tele videret̄ · inſigne ꝓferre· Maluit aūt dn̄s ali-
quos de ſuo ortu ꝙ de matris pudore dubitare ·
ſciebat em̄ tenerā eſſe ꝟginis verecundiam et lu
bricam famā pudoris · nec putauit ortus ſui fideꝫ
matris iniurijs aſtruendam· Seruat̄ itaqꝫ ſancte
marie ſicut pudore integra· ita et inuiolabil' opi
nione ꝟginitas Nec decuit ſiniſtra ꝟginibꝰ opi
nione viuētibus velamē excuſacōis relinq̄ ꝙ infa
mata mater ꝗꝫ dn̄i videret̄· Quid aūt iudeis quid
herodi poſſet aſſcribi· ſi natum viderent̄ ax adul
terio pſecuti· quēadmodum aūt ipſe diceret· Nō
veni legem ſoluere· ſed adimplere ſi videret̄ ce-
piſſe a legis iniuria· cuꝫ partꝰ innupte lege dam
netur Quid ꝙ etiā fides marie verbis magis ad
ſciſcitur · et mendacij cauſa remouet̄ · Videret̄ em̄
culpā obumbrare· voluiſſe mendacō innupta pre
gnans· Cauſā aūt mentiendi deſponſata non ha-
buit· cum coniugij ꝓmium et gracia nupciaꝝ par
tus ſit feminaꝝ· Non mediocris ꝗꝫ cauſa eſt vt ꝟ
ginitas marie falleret pn̄cipem mūdi· qui cum de
ſponſataꝫ viro cerneret· partū non potuit habē
ſuſpectum Orige· Si em̄ non habuiſſet ſponſū
ſtatim cogitacō tacita diaboluꝫ ſubrepiſſet· quō
q̄ non accubuit cum viro pregnās eſſet· debet iſte
ꝯceptus eſſe diuinus · debet aliq̄d huāna natura
eſſe ſublimius Ambro · Sed tn̄ magis refellet
pn̄cipes ſeculi · demonū ei malicia facile etiā ocul
ta deprehēdit· At vero qui ſecularibꝰ vanitati-
bus occupant̄· ſcire diuina non poſſunt· qui etiā
locupletior teſtis pudoris maritus adhibet̄· qui
poſſet et delere iniuriā et vindicare oprobrium·
ſi non agnoſceret ſacramentū· de quo ſubdit̄ Cui
nomen erat ioſeph de domo dauid Beda · in ho
me· Quod non tm̄ ad ioſeph· ſꝫ etiā ꝑtinet ad ma
riam· Legis nāqꝫ erat ꝓceptum· vt de ſua quiſqꝫ
tribu aut familia accipet vxorem· Sequit̄· Et no
men ꝟginis maria· Beda· ſup lucam· Maria he
braice ſtella maris ſiriace vero domina vocat̄· et
merito quia hec tocius mundi dominū lucem ſecu
lis meruit generare perhennem ·

Ambro· Diſce vir
ginem moribus ſola
in penetralibꝰ quā
nemo viroꝝ videret
ſolus angelꝰ reperi
ret Vnde dicit̄ Et in
greſſus angelus ad
eam· Et ne quidē de
generi ꝺprauaret̄ af
fatu· ab angelo ſalu

Et ingreſſus angeluſ
ad eā dixit· Aue gra
cia plena dominus te-
cū· benedicta tu in mu
lieribus· Que cum au
diſſet turbata eſt in ſ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mone eius. et cogita=
bat qualis eſſet iſta
ſalutacio.

taē̄ Grec9. Contra
vocem prius editam
mulieri dirigiē̄ nunc
ſmo ad v̄ginem. in
illa dolorib9 partus

eſt cauſa peccati punita. In hac ꝑ gaudiū meſti
tia pelliē̄. Vnde iocunditatē non abſurde ꝑnunt
at angelus v̄gini dicens. Aue. q̄ aūt digna cog
naſceret eē̄ ſponſaliū atteſtaē̄. cuꝫ dicit. gracia ple
na. quaſi eñ quedā arra aut dos ſponſi oſtendiē̄
q̄ fecunda ſit gracijs. Hoꝝ eñ que dicit. hec ſūt
ſponſe. alia ſponſi. Hiero. in ſmone de aſſump/
cione. Et bene gracia plena. q꞉ ceteris ꝑ partes
ꝑſtatur. Marie vero ſimul ſe totaꝫ infudit gracie
plenitudo Vere gracia plena. ꝑ quam largo ſpi
ritusſancti himbre ſupfuſa eſt oīs creatura. Jam
aūt erat cum v̄gine. qui ad v̄ginem mittebat an
gelum. et ꝑceſſit nunciū ſuū dominus. nec teneri
potuit locis. qui oībus habeē̄ in locis. Vnde ſeq
tur. Dominus tecū Aug9. in ſmone de natiuita
te. Magis q̄ mecum. Ipſe eñ in tuo eſt corde. in
tuo fit vtero. adimplet mentē adimplet ventrē
Grec9. Hoc aūt ē totū legacōis cōplemētū Dei ei
verbum vt ſponſus ſup̄ rationē vnionem efficiēs
tanq̄ ipſe germinās id eſt q̄ germinat9 totā na
turam humanā ſibiipſi conformauit. Vltimuꝫ vero
poniē̄ tanq̄ ꝑfectiſſimū et compendioſū Benedicta
tu in mulieribus. Vna ſcꝫ ꝑ cūctis mulierib9. vel
etiam benedicanē̄ in te mulieres ſicut mares in fi
lio. Sed magis vterqꝫ in vtriſqꝫ. Velut eñ per
vnam et vnū feminā et marem peccatum ſimul ac
triſticia. ſic et nunc ꝑ vnam et vnū benedictio re=
uocata eſt et leticia. et ad ſingulos ē ꝓfuſa Am
bro. Diſce autē v̄ginem verecūdia. q꞉ pauebat.
Nam ſequiē̄. Que cum audiſſet. turbata eſt in ſer=
mone eius. Trepidare v̄ginum eſt. et ad omnes
ingreſſus viri pauere. omnes viri affatus vereri.
Diſce virgo verboꝝ vitare laſciuiaꝫ. Maria etiā
ſalutacionē angeli verebaē̄. Grecus. Cum aūt
aſſueta foret his viſionib9. Euāgeliſta non viſio
ni. ſꝫ relatibus turbacionē attribuit dicens. Tur
bata eſt in ſmone eius. attende aūt v̄ginis et pu
dicam et prudentē et animā ſimul et vocem. audi
ta leticia dictum examinauit et neqꝫ manifeſte ab
ſtitit ꝑ incredulitatē nec ſtatim paret ex leuitate
eue leuitatem euitās ſimul et duriciam zacharie.
Vñ ſequiē̄. Et cogitabat qualis eſſet iſta ſaluta/
cio. non conceptio. Nam adhuc ignorabat immenſi
tatem miſterij. ſed ſalutacō. Nunq̄d libidinoſa vt
a viro ad virginē. an diuina dum dei faceret men
tionem dicens. Dominus tecum. Ambro. Bene
dictionis etiā nouā formulā mirabaē̄. que nuſq̄ ē
ante cōperta. ſoli marie hec ſuabaē̄. Origenes
Si eñ ſciuiſſet maria ad alium quēpiam ſimilē fa
ctum eſſe ſmoneꝫ. vtpote que habebat legis ſciē
ciam. nunq̄ eam quaſi peregrinam talis ſalutacō
exterruiſſet.

Beda. Quia ſaluta
cione inſolita v̄ginē
turbatā viderat. q̄ſi
familiari9 notam vo
cans ex nomie. ne ti=
mere debeat iubet.

Et ait ei angelus. ne
timeas maria. inueni=
ſti eñ graciā aput de

um ecce concipies in
vtero. et paries filiū.
et vocabis nomē eius
ihesum. hic erit mag
nus. et filius altiſſimi
vocabitur. Et dabit
illi dominus deus ſedē
dauid patris eius. et
regnabit in domo ia
cob in eternum. Et re
gni eius nō erit finis.

Vnde diciē̄. Et ait ei
angelus. ne timeas
maria. Grec9 Qua
ſi diceret. non acceſſi
decepturus. ꝑmo de
cepcōis abſolucōnē
depromere. Non ve=
ni ꝑdaturus. inuio=
labilem tuā v̄ginita
tem ſꝫ conditoris pu
ritatis et cuſtodis co
tubernia reſerare.
Non ſū ſpentis mini
ſter. ſed perimentis
ſpenteꝫ legat9 ſpō
ſalium tractator. nō

inſidiarum molitor. Sic ergo nequaq̄ diſtrahen
tibus ipſā conſideracōibus vexari ꝑmiſit. ne diiudi
caretur inſidus miſter negocij. Criſ. Qui autē
aput deum meretur graciā. non habet quid time
at Vnde ſequiē̄. Inueniſti eñ graciam apud deū
Qualiē̄ aūt illam quiſqꝫ reperiet. niſi humilitate
mediāte. humilibus eñ dat deus graciā. Grecus.
Inuenit eñ grām virgo coram deo. q꞉ ſplēdore
pudicie ꝓpriam exornans animā gratū ſe deo ha
bitaculū ꝑparauit. nec ſolum celibatum inuiolabi
lem conſeruauit. ſed etiā immaculatā conſcienciam cu
ſtodiuit. Orige. Inuenerāt eñ plures graꝫ aū
eam. Et ideo ſubdit qđ ꝓprium eſt dicens. Ecce
concipies in vtero Grecus. Qđ diciē̄ ecce celeri=
tatem et ꝑſenciam denotat. inſinuans cuꝫ eius ver
bo celebratā eſſe conceptionem Dicit aūt. cōcipies
in vtero. vt demōſtret dñm ab ipſo vtero virgi
nali et de noſtra ſubſtancia carnē ſuſcipe. Venit
eñ diuinum verbū emūdaturū naturā humanam
et ꝑtum et noſtre gn̄acionis ꝑmordia. Et ideo ſi
ne peccato et humano ſemie. ꝑ ſingula ſicut nos i
carne concipitur. et nomen menſiū ſpacio geſtaē̄ in
vtero. Greg̃. Niſenus Sed qm̄ contingit ſpecia/
liter diuinū concipi ſpiritum. et ſpirituꝫ parere
ſalutarē ſcđm ꝓphetā Ideo addidit. et paries fi
lium. Ambro. Non aūt omnes ſunt ſicut maria.
vt dum de ſpūſancto concipiunt. verbum pariant.
Sunt aūt que abortiuū excludāt verbum anteq̄
pariant. Sunt que in vtero criſtū habeant. ſꝫ nō
dum formauerint Greg̃. Cum aūt expectacio ꝑ
tus mr̄ib9 timorē incuciat ſedat timori metū dul
cis ꝑtus relatio. cū ſubdiē̄. Et vocabis nomē ei9
iheſū. ſaluatoris eñ aduentus eſt cuiſlibet timo/
ris. ꝓpulſio. Beda. Iheſus aūt ſaluator ſiue ſa/
lutaris interpretaē̄ Grecus Dicit aūt tu vocabis
non pater. patre ei caret quantum ad inferiorē
generacionē. ſicut et matre reſpectu ſuperne.
Ciril. Hoc aūt nomē de nouo fuit verbo impoſitū
natiuitati congruens carnis ſcđm illud ꝓpheticum
Vocabiē̄ tibi nomen nouū qđ os domini nomina/
uit. Grecus. Verū quia hoc nomen comune eſt
ſibi cum ſucceſſore moiſi. Idcirco innuēs angelus
q̄ non erit ſcđm illius ſimilitudinē. ſubiūgit Hic
erit magnus. Ambro. Dictū eſt quidē etiam de
iohāne q꞉ erit magnus. ſed ille quaſi homo ma=
gnus. hic quaſi deus magnus. Late eñ funditur

dei virtus· late celeſtis ſubſtancie magnitudo
porrigitur· Non loco clauditur· nō opinione cō
prehēdit̄· non eſtimacōe ↄcludit̄· non etate vari
atur· Orige· Vide ergo magnitudinē ſaluato
ris quō in toto orbe diffuſa ſit· Aſcende in celos·
quo celeſtia repleuerit· Deſcende cogitacōne ad
abyſſos et vide eum illuc deſcēdiſſe· ſi hoc videris
parit̄ intueberis ope ↄpletum· hic erit magnus·
Grecus· Neq̃ carnis aſſumpcō deitatis dero-
gat celſitudini· ymo pocius huānitatis hūilitas
ſublimatur· vnde ſequit̄· Et filius altiſſimi voca
bitur· Non vtiq̃ tu impones vocabulū· ſed ipe vo
cabitur· a quo niſi a ↄſubſtācıali genitore Nullꝰ
ei filium nouit· niſi pater· Penes quē vero infal
libilis eſt noticia geniti· nec verus interpres eſt
erga impoſicōnem ↄgruam nominis· Propt̄ ꝙ
dicit· hic eſt filius meus dilectus· ab eterno ſiq̃-
dem eſt quāuis nūc ad noſtrā doctrinā nomen eꝰ
patuerit· Et ideo ait vocabit̄· non ſiet vel gene-
rabitur· Nam et ante ſecula fuerat ↄſubſtancial̄
patri· Hunc ergo ↄcipies· huius mater efficieris
hunc v̄ginalis cella ↄcludet cuius celeſte ſpaci/
um capax nō extitit Criſ· Ceterū ſiquidē enor
me quibuſdā videt̄ deum habitare corpus· Non
ne ſol cuius eſt corpus ſenſibile quocunq̃ radios
mittit· non ledit̄ in ꝓpria puritate· Multo ḡ ma-
gis iuſticie ſol· ex vtero v̄ginali mundiſſimū cor
pus aſſumens· non tm̄ cōtaminatus non eſt· ymo
eciā ipſā matrem ſanctiorem oñdit· Grecus· Et
vt v̄ginem redderet memorem ꝓphetaꝝ· ſubdit
Et dabit illi dñs deus ſedē dauid patris eius· vt
noſcat liquido· qm̄ qui naſciturus ē ab ea ipſe eſt
criſtus quē illi ꝓmiſerūt ex dauid ſemine naſcitu
rum Ciril· Non tm̄ ex ioſeph eſt editū corpꝰ xpi
mūdiſſimū· ſcd̄m em̄ vnam lineā cognacōis pro-
fluxerant ioſeph et virgo· ex qua formā humani
tatis vnigenitꝰ ſūpſit Baſilius· Non aūt in ma
teriali ſede dauid ſedit dñs trāſlato iudaico reg-
no ad herodem· ſꝫ ſedem appellat dauid· in qua re
ſedit dñs indiſſolubile regnū Vnde ſequit̄· Et re
gnabit in domo iacob ineternū Criſ· Dicit aūt
ad pñs domum iacob eos qui de numero iudeorū
crediderūt in illum· Vt em̄ paulus dicit· non om
nes qui ex iſrael ſūt hi ſunt iſrahelite ſed qui ſunt
filij ꝓmiſſionis ↄputant̄ in ſemine· Beda· Vel
domū iacob totam eccleſiā dicit· vel que de bona
radice nata· vel cum oleaſter eſſet· merito tm̄ fidei
in bonam eſt inſerta oliuā Grecus· Nullius aūt
eſt ineternū regnare niſi dei ſolius· Quo fit vt et
ſi ꝓpter incarnacionē dicat̄ dauid ſedeꝫ accipere
tm̄ idem ipſe inquantū deus rex eternus agnoſcit̄
Sequit̄· Et regni eius non erit finis· non ſolum
inquantū deus eſt· ſꝫ eciā in eo ꝙ homo· et in pñti
quidē habet regnū multoꝝ finaliter vero vniū/
ſorum cum ei omia ſubiciant̄· Beda· Omittat ḡ
neſtoriꝰ dicere hominē tm̄ ex v̄gine natū· et hūc
a verbo dei non in vnitate pſone eſſe receptum·
Angelus em̄ qui eundē ipſū patrē habere dauid
quē filium altiſſimi vocari ꝓnunciat· in duabꝰ na
turis vnam criſti pſonam demōſtrat· Non autem
ideo futuri tpis verbis angelus vtit̄· quia ſcd̄m
hereticos criſtus ante mariam non fuerit· ſed qꝛ
ſcd̄m eandem perſonam homo cum deo idem filij
nomen ſortitur·

**Dixit autē maria ad angelum· Quomodo fiet iſtud· qm̄ virum non cognoſco· et reſpondens angelus dixit ei Spiritus ſanctꝰ ſupueniet in te· et virtꝰ altiſſimi obumbrabit tibi· Ideoq̃ et qd̄ naſcetur ex te ſanctū vocabitur filius dei·**

Ambro· Neq̃ non
credere angelo ma-
ria debuit· neq̃ tam
temere vſurpare di-
uina· vnde dicit̄· Di
xit autē maria ad an
gelum· quō fiet iſtd̄
Temperatior ē iſta
reſpōſio ꝙ̄ verba ſa
cerdotis· ſꝫ ait· quō
fiet iſtud Ille reſpō
dit· vnde hoc ſciam·
Negat ille ſe crede/
re et q̄ſi fidei adhuc
alium querit autorē
Iſta ſe facere ꝓfite
tur· nec dubitat eſſe
faciendū ꝙ quō fiat
inquirit· Legerat maria Ecce ↄcipiet in vtero et
pariet filiū· ideo credidit futurum· ſꝫ quō fieret·
ante non legerat· non em̄ queadmodū fieret· vel
ꝓphete tanto fuerat reuelatū· tātum em̄ miſteriū
non hominis fuit· ſed angeli ore ꝓmendū Greḡ
rius Niſenus· Attēde etiā mūde v̄ginis vocem· p
tum annūciat angelus ipſa vero v̄ginitati inni/
titur· Preſtācıorem incorruptibilitatē angelica
viſione dijudicans· Vñ dicit qm̄ virum non cog
noſco Baſilius· Cognicio multifarie dicit̄· dici
tur em̄ cognicō noſtri conditoris ſapiēcia· ac ma
gnaliū ſuoꝝ noticia· necnon mādatoꝝ cuſtodia·
et que fit apud eū appropinquacō et copula nup
cialis· vt hic accipit̄· Gregorius niſenus· Hec
igit̄ marie verba· indiciū ſūt eoꝝ que tractabat
in mentis archano· Nam ſi cauſa copule ↄiugalis
ioſeph deſponſari voluiſſet· cur admiracōe ducta
eſt· dum ſibi narrat̄ ↄcepcio· cū nimirū ipſa pre
ſtolaret̄ ad tempus mater effici iuxta legis natu/
ram· verum quia oblatū corpus deo· quaſi quod
dam ex ſacris inuiolabile reſeruari decebat Et iō
dicit· Qm̄ virum non ↄgnoſco· q· d· Et ſi ſis ange
lus· tamē ꝙ virū cognoſcam· ex impoſſibilibꝫ cer
nitur Qualit̄ igit̄ mater ero carēs ↄiuge· ioſeph
quidē in ſponſū agnoui Grecus· Sed ↄſidera q̄
liter v̄gini ſoluit dubium angelus· ac explanat i
temeratum ↄnubiū et ieffabilē ptum Sequitur·
em̄· Et reſpondēs angelus dixit ei· Spiritus ſan-
ctus ſupueniet in te Criſ· quaſi dicat· Non que
ras ordinem naturalē· vbi naturam tranſcendūt
facies dei dr̄ · et de tribu aſſer id ē beati deſcēdit ·

**Et vt pfecerūt om̄ia ſm̄ legem dn̄i · reuerſi ſunt i galileā ciuita tem nazareth · Puer aūt creſcebat · ⁊ ꝯfor tabat̄ plen9 ſapia · ⁊ gracia dei erat in illo Et ibāt pentes ei9 p oēs annos i hieruſalē in die ſolēni paſche ·**

Beda · Pretmiſit
h̃ loco lucas q̄ a ma
theo ſatis expoſita
nouerat · dn̄m videli
cet p9 h̃ ne ab hero /
de necād9 iueiret̄ in
egiptū a pentib3 eē
d̄latū d̄ſūctoq̄ hero
de ſic demū i galileā
reūſū nazareth ciui
tatē ſuā in habitare
cepiſſe · ſolēt em̄ euā
geliſte ſinguli ſic o
mittere quedā · que
vel ab alijs cōmemo
rata viderunt · Vel
ab alijs cōmemorāda in ſpū p̄uiderēt · vt ꝯtinuata
ſue narracōis ſerie q̄ſi nulla pretmiſiſſe videant̄ ·
Que tn̄ alteri9 euāgeliſte cōſiderata ſcriptura q̄
loco trāſita fuerit · diligēs lector inueiat · vn̄ mul
tis p̄tmiſſis lucas dicit · Et vt pfecerūt oīa ſcd̄m
legē dn̄i reūſi ſūt in galileā ciuitatē ſuā nazareth
The · Erat quidē eorū ciuitas bethleem ſic pa
tria · Nazareth v̄o tanq̄ habitaculū  Aug9 · de
con · euā · Forte at̄ h̃ mouet · quō dicat mathe9 ꝓp
terea cū puero pentes ei9 iſſe i galileā q̄ metu
archelai in iudeā ire noluerūt · cū ꝓpterea magis
iſſe i galileā videāt̄ q̄ ciuitas eorū erat nazareth
galilee · ſic lucas h̃ nō tacet · S3 itelligēdū ē vbi
āgel9 i ſomnis i egipto dixit ad ioſeph Surge ⁊
accipe puerū ⁊ matrē ei9 et vade i terrā iſrael · ſic
intellectum p̄mo eſſe a ioſeph · vt putaret iuſſum
ſe eſſe pgere i iudeā Jpſa · n · itelligi p̄mit9 potuit
t̄ra iſrael · porro at̄ poſtea q̄m ꝯperit illic regre
filiū herodis archelaū · noluit obijcē ſe illi piclo
cū poſſet terra iſrael et ſic itelligi · vt et galilea
illi deputaret̄ · q̄ et ipa ꝓplus iſrael icolebat ·
Grec9 · vel alit̄ enumerat h̃ lucas temp9 añ de
ſcēſū i egiptū · Neq̄ · n · añ purgacōz eā ioſeph d̄
duxiſſet · ante v̄o q̄ i egiptū d̄ſcēderēt · nō recep
ant p oracula vt nazareth pgerēt · p̄mo q̄ſi liben
cius i p̄ria ꝯūſātes illuc vltro pgebāt · Cū · n · ad
nihil aliud aſcēſus i bethleem eueniſſ3 · niſi cā de
ſcripcōis · expedito eo cui9 cā aſcēderāt · d̄ſcēdūt
i nazareth  Theo · poterat at̄ ſm̄ corp9 ex ipſo
vtero i mēſura mature etatis ꝓdire S3 videret̄
h̃ ſm̄ phātaſiā · ꝓpt̄ea paulati creſcit · vn̄ ſequit̄ ·
Puer at̄ creſ · et ꝯfor ·  Beda · Notāda ē diſtictō
v̄borū q̄ dn̄s ih̄s xp̄s i eo q̄ puer erat id ē habi
tū huāne fragilitatis iduerat · creſcē et ꝯfortari
hēbat  Atha · Ceterū ſi ſm̄ q̄ſdā caro i diuinā na
turā mutata ē · quō capiebat augm̄tū · Jncreato ei
augm̄tū att̄buē nefariū ē  Ciril · Decēt v̄o eta
tis icremto ſapie ꝯiūxit augm̄tū · cū dicit ⁊ ꝯfor
tabat̄ ſcz ſpū · nā iux̄ mēſurā etatis corporee · Na
tura diuia ſapiam ꝓpriā reuelabat  The · Si ei
dū pu9 etate erat oēm ſapiētiā d̄mōſtraſſ3 · vide /
ret̄ ꝓdigiū · ſ3 p ꝓfectū etatis ſeipſū oñdebat vt
totū ipleret orbē · Nō at̄ q̄ſi ſuſcipiēs ſapiam ſpū
ꝯfortari dr̄ · Nā ei ab inicō pfectiſſimū ē · quō pt̄
deiñ pfecti9 fieri · vn̄ ſequit̄ Plen9 ſa · ⁊ gr̄a · dei
erat i illo  Beda · ſapia q̄dē · q̄ i ip̄o habitat ois
pleitudo diuitatis corpalit̄ · gr̄a at̄ q̄ hoī ihesu
xp̄o magna gr̄a donata ē · vt ex q̄ hō fieri cepiſſ3
pfect9 eēt et de9 · Multo at̄ magis i eo q̄ v̄bum
dei et de9 erat · Nec ꝯfortari idigebat · nec hēbat
augeri Adhuc at̄ cū puul9 eēt · habebat graciā
dei · vt quō i illo oia mirabilia fuerāt · ita et peri
tia mirabil̄ eſſet · vt dei ſapia ꝯpleret̄ · ſequit̄ · Et
ibāt pa · ei9 p om · an · i hie · i die ſol · pa ·  Criſo ·
Jn hebreorū ſollēnitatib3 nō ſolū tēp9 · ſ3 et locū
obſuare lex iuſſerat · Et iō nec dn̄i pentes ex hie
roſolimā celebrare paſcha volebāt  Aug · d̄ cō ·
euā · Quō at̄ ibāt pentes e9 p oēs ānos puericie
xp̄i i hieruſalē · ſi archelai tiore illuc ꝓhibebant̄
accedē · h̃ mihi diſſoluē nō eēt difficile · nec ſi ali
q̄s euāgeliſtarū exp̄ſſiſſ3 · q̄diu regnet archilaus
Fieri · n · poterat vt p diē feſtū iter tā igentē tur
bā latent̄ aſcēderēt · mox reūſuri · vbi tn̄ alijs die /
bus habitare metuerēt · vt nec ſolēnitate p̄tmiſſa
eēnt irreligioſi · nec ꝯtinua māſiōe ꝯſpicui · Cum
v̄o et d̄ regno archelai oēs q̄ fuerit diuturnū ta
cuerit · Jſte q̄ itellect9 patet · q̄ lucas dicit per
omnes annos eos aſcendere ſolitos in hieruſalē
tunc accipimus factum · cum iam non timeretur
archelaus ·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Et cũ factus eſſet ihs ãnoꝝ· xij· aſcẽdentibꝫ ill' jeroſolimã ſcḋm ꝯſue tudĩnẽ diei feſti· Con ſummatiſq; diebus vt rediret· remãſit puer ihs i jeruſalẽ· ⁊ nõ co gnouerũt parentes eius Exiſtimãtes aũt illũ eẽ i ꝯmitatu· venerũt iter diei ⁊ reqrebãt eũ int ꝯgnatos ⁊ notos· Et nõ inueniẽtes regreſſi ſunt i jeruſalẽ reqren tes eũ· et factũ ẽ poſt triduũ iuenerũt illũ in tẽ plo ſedẽtẽ i medio do ctoꝝ audiẽtẽ illos ⁊ interrogãtẽ Stupebãt aũt oẽs q̃ eũ audiebãt ſup prudẽcia ⁊ reſpõ ſis eius· Et videntes admirati ſunt· ⁊ dixit mat' eius ad illũ· Fili q̃d feciſti nob ſic· Ec ce pr̃ tuꝰ ⁊ ego dolen tes q̃rebamꝰ te· ⁊ ait ad illos· q̃d ẽ· ꝙ me q̃ rebatĩ· neſciebatis q2 in his q̃ pr̃is mei ſunt optet me eẽ· ⁊ ipi nõ intellexerũt vbũ· q̃d locutus eſt ad illos·

Ciril· Quia dixerat euangeliſta ꝙ puer creſcebat· et ꝯforta/ batur· ꝓpũ ſmonẽ ve/ rificat· iducẽs iheſũ vna cũ ſacꝛ vgĩe in je ruſalẽ aſcẽdentẽ· vñ dr̃ Et cũ fac· eẽt ihe· an· xij· aſcẽ· illis hie· Grecꝰ Nõ· n· indi cium ſapie traſcẽdit etatis mẽſuram· ſ; q̃ tpe penes nos diſcre cõis rõ pficiꝯſueuit xij· ſcz ãno xp̃i ſapia dmõſtrat Ambro· Vel a· xij· ãno dñice ſubdit diſputacõis exordiũ· Hic· n· p̃di cãde fidei euãgelizã diũ numerꝰ dbebat· Baſil· poſſumꝰ et h̃ dicẽ· q2 ſic ſepte/ nario nũo ſic duode/ nario q̃ multiplica/ tis int' ſeiuicẽ ſepte/ narij ptibꝫ ꝯſtat· vl' reꝝ vel tẽpoꝝ vni uſitas ac pfectio dſi gnat· atq; iõ q̃ oĩa lo ca vel tpa doceat oc cupari· recte a duo/ decio nũo iubar xp̃i ſumit exordiũ Be· in ho· Qd aũt dñs p oẽs ãnos cũ parentibꝫ i paſcha jeroſolimã veit· hũilitatis ẽ hu mane idiciũ· hois nã q; ẽ ad offerẽda deo ſacficia ꝯcurrẽ· ⁊ eũ orõibꝫ ꝯciliare· Fecit ḡ dñs int' hoies hõ natus· q̃d faciendũ ho mibꝫ p angelos ipa uit deꝰ· vñ dr̃ Scḋm ꝯſue· di· fe· Sequamĩ igit' it' huãne ꝯuſacõis eiꝰ· ſi deitatis gloriã dlectamĩ in tueri Grecꝰ Celebrato aũt feſto alijs remeãtibꝫ· ihs latent' remãſit· vñ ſequit· Cõſũmatiſq; diebꝫ cũ rediret· ꝛmãſit puer ihs i hieruſalẽ· ⁊ nõ cog nouerũt parentes eiꝰ· Dicit aũt ꝯſũmatiſq; diebꝫ q2 ſeptẽ diebꝫ durabat ſolẽnitas· Jdeo aũt latent' re/ manet· ne pẽtes ipedimẽto eẽnt dſputacõi pagẽ de cũ legiſpitis· Vel forſitã h̃ euitãs videat' paren tes ꝯtẽnẽ· ſi mãdãtibꝫ nõ parẽt Latent' ḡ rema net· ne aut reſ̃baẽ· aut ſit iobediẽs Orig· Nõ aũt mirẽmĩ parentes vocatos· q̃ꝝ alt' ob ptũ· alt' ob ob ſeq̃ũ pr̃is et matris meruerũt vocabula Beda in ho· Sꝫ q̃ret aliq̃s· quõ dei filius tãta parẽtũ cura nutritꝰ potuerit obliuiſcẽdo relinq̃· Cui rñdendũ q2 filijs iſrael moris fuit· vt tpibꝫ feſtis· vel hie/ roſolimã ꝯfluẽtes· vel ad ꝓpria redeũtes· ſeorſũ

viri ſeorſũ femie icederẽt· Infanteſq; vel pueri cũ q̃libꝫ parente i differẽt ire potuerit· iõq; mariã vel ioſeph viciſſim putaſſe pueꝝ ihm quẽ ſecũ ñ cernebãt· cuꝫ alt'o parente reuẽſũ· vñ ſequit· Exiſti· aũt illũ eẽ i com· ve· iter di· et req· cuꝫ int' cog· et no· Orig· Sicut aũt qñ iſidiabãt' ei iudei· elap/ ſus ẽ d medio eoꝝ ⁊ nõ apparuit· ſic ⁊ nũc puto ẽ manſiſſe pueꝝ iheſum· et parentes eius vbi remã ſerit ignoraſſe· ſequit· n· Et nõ inue· re· ſũt i hie· req̃ eũ Glo· vna q̃dẽ die reuẽſi ſũt a hieruſalẽ· Scḋa q̃rũt int' cognatos ⁊ notos ⁊ nõ iueniẽtes Tercia die regreſſi ſũt i hieruſalẽ· ⁊ ibi iuenerũt· vñ ſequit· Et fac· ẽ pꝰ tri· iue· eũ i tẽ· Orig· nõ ſtati vt q̃rit' inueit'· Nõ· n· int' cognatos et caris ꝓpin q̃s iuenit' ihs Neq; · n· poterat huãna cogna cio dei filiũ ꝯtinẽ· Nõ iuenit' int' notos· q2 maior eſt mortali notitia· i multoꝝ ꝯmitatu nõ pt' inue niri· nec vbiq; iuenerũt· ſ; in tẽplo Et tu ḡ q̃re ihe ſũ i tẽplo dei· q̃re i eccia· vbi xp̃i ſmonẽ atq; ſapiẽ ciã id ẽ filiũ dei repies Ambro· pꝰ triduũ repit' i tẽplo· vt eẽt idicio q2 pꝰ triduũ triũphat' paſſiõis i ſede celeſti ⁊ honore diuio fidei nr̃e ſe oñdẽt re/ ſurgẽs q̃ mortuꝰ credebat' Glo· vel q2 q̃ſitꝰ ad uẽtꝰ xp̃i a p̃riarchis añ legẽ nõ ẽ iuentꝰ· q̃ſitꝰ a ꝓphetis et iuſtis ſub lege nõ ẽ iuentꝰ· q̃ſitꝰ a gẽ tilibꝫ ſub gr̃a iuenit' Orig· q2 vbo puulꝰ erat· iuenit' i medio p̃ceptoꝝ· ſactificãs ⁊ erudiẽs eos vñ dr̃· Sedẽ· i me· doc· au· illos et int'· Et h̃ pieta tis offitio· vt nos doceret q̃d pueris q̃uis ſapiẽ/ tes et eruditi ſint ꝯueniret· vt audiãt potius ma giſtros q̃ docẽ dſideręt· et ſe vana oſtẽtacõe non iactẽt Interrogabat aũt ñ vt addiſceret· ſ; vt intro gatꝰ erudiret· ex vno q̃ppe doctrĩe fõte manat· ⁊ interrogare· ⁊ rñdere ſapient'· vñ ſeq̃t· Stupebãt aũt oẽs q̃ eũ au· ſup pru· ⁊ reſ· eiꝰ Beda Ad oſtẽ dendũ eĩm q2 hõ erat· hoies mgr̃os hũilit' audie bat Ad ꝓbandũ vo q2 deꝰ erat· eiſdẽ loquẽtibus ſublimit' rñdebat Grecꝰ Querit· n· rõnabiliter audit prudẽt'· rñdetq; prudẽtiꝰ· q̃d ſtuporẽ faci ebat· vñ ſequit' Et vi· admi· ſũt Criſ· ſup iohẽꝫ Nullũ q̃ppe miraculũ egit dñs i puericia h̃ tñ vnũ ꝓdit lucas· p q̃d mirabilis videbat' Beda diuia ſiq̃dẽ ligua ſapiam ꝓdebat· ſ; iſirmitatẽ etas p̃tẽ debat huãnã· Vñ iudei int' alta q̃ audiũt· ⁊ infir ma q̃ videt· dubia admiracõe turbant'· Nos aũt ne q̃q̃ mirẽmĩ· ſi ſcientes ſcḋm ꝓphaꝫ ꝙ ſic puulꝰ na tus ẽ nob· ꝙ pmaẽt deꝰ fortis Grecꝰ· Mirãda vo dei genit'x mat'nis affecta viſceribꝫ· q̃ſi cũ la mẽtis inq̃ſicõꝫ doloroſã oñdit· et oĩa ſic mat' et fi/ ducialit' et hũilit' ⁊ affectuoſe exp̃mit· vñ ſequit'· Et dixit mat' eiꝰ ad illũ Fili q̃d fe· no· ſic ecce pa· tu· et ego do· q̃re· te Orig· Nouerat vgo ſacta hũc nõ eẽ filiũ ioſeph· ⁊ tñ patrẽ vocat illiꝰ ſpõ ſũ ſuũ· ꝓpt' iudeoꝝ ſuſpicõꝫ eſtimãciũ ipſum vul go fore ꝯceptũ· Dicet' aũt forte ſimplicit' ꝙ eũ ho norauit ſpũſſanctꝰ pr̃is noĩe eo ꝙ puerũ ihm edu cauit artificioſiꝰ vo· eo ꝙ genealogiã ioſeph ex dauid ꝓduxit· ne ſupflua cẽſeret'· Cur aũt dolẽtes eũ q̃rebant· an ex eo ꝙ piret puer· an errauerit· Abſit· nũq̃d ei fieri poterat vt pditũ formidarẽt infãteꝫ· quẽ dñm eẽ cognouerãt· ſ; quõ tu ſiqñ ſcripturas legis· q̃ris i eis ſenſũ cũ dolore· non ꝙ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſcripturas erraſſe arbitreris· ſ; veritatez quã in/
tenſecus hñt· q̄ris ĩueire· Jta illi q̃rebãt ihm ·ne
forte relinquẽs eos reuſus eẽt ad celos · cum illi
placuiſſ; itez̃ ðſcẽſurꝰ Optet ḡ eũ q̃ q̃rit ihm·ñ
negligẽt̃ et diſſolute trãſire ſic multi q̃rũt·et nõ
ĩueniũt· ſ; cũ labore ⁊ dolore Gloſa Vel metue-
bãt·ne ꝙ herodes ĩ infãcia eiꝰ paſſe q̃ſierat tũc
iã ĩ puericia poſitũ ĩuẽta optunitate aliꝗ̃ interfice-
rẽt Grecꝰ S; ipe dñs rñdet ad oĩa et corrigẽs
quodãmõ dictũ eiꝰ ð eo q̃ putabat̃ pr̃·vez p̃rez
maĩfeſtat docẽs nõ ꝑ ĩfima gradi· ſ; ĩ altũ extolli
vñ ſeq̃t̃· Et ait ad illos· q̃d ẽ ꝙ me q̃rebatis Be
da Et q̃d potiꝰ debebat ei cui ẽ eẽnꝰ filiꝰ·mẽtis
oculos attollẽ cogit· vñ ſequit̃· Neſciebat̃ q: in
his q̃ p̃ris mei ſũt·optet me eſſe Ambr· Due ſũt
ĩ xp̄o gñacõs· vna ẽ p̃rna·alt̃a matña· P̃rna diui/
nior· mr̃na ꝟo q̃ ĩ nr̃m laborẽ vſq; ðſcẽdit Ciril
lus· h̃ igit̃ dicit oñdẽs ſe mẽſurã huãnã trãſcẽde
re·et ĩuẽs ꝙ ſacra ꝟgo effecta ſit miſtra nego/
cij cũ pepit carnẽ · Jpſe ꝟo naẗalit̃ et vere deus
erat· et filiꝰ p̃ris excelſi· Hinc at̃ valẽtini ſeq̃ces
audiẽtes ꝙ tẽplũ erat dei pudeat dicẽ ꝙ creator
et legis deꝰ et tẽpli nõ ipe p̃r ẽ xp̄i Ephipha·
Attẽdat et hebion ꝙ pꝰ annos· xij·et nõ pꝰ tce
ſimũ ãnũ xp̄s repit̃ ſtupẽdꝰ ĩ ſmoĩbꝫ grẽ Quam
obrẽ nõ ẽ dicẽ ꝙ poſtq̃ veit ad eũ ſpũs ĩ baptiſ
mo·factꝰ fuit xp̄s· ſ; ab ipa puericia et tẽplũ ag
nouit et patrẽ Grecꝰ· h̃ ẽ ðmõſtracõ p̃ma ſapiẽ
et ꝟtꝰ pueri ihu·q̃ nãq; puerilia eiꝰ vocãt·dia-
bolice putamꝰ eẽ ↄſideracõis· niſi q̃s ea ſola velit
acceptare neq̃q̃ his q̃ tenemꝰ oppugnãtia· ſ; ma
gis ↄſona ꝓpheticis dictis · q: ſpecioſus p̄ filijs
hoim·et matri obediẽs et moribꝫ facetꝰ· et viſu ñ
modicũ venerãdꝰ ⁊ placidꝰ·ad loquendũ facũdꝰ
dulcis ⁊ ꝓuidꝰ·et multũ ſtrenuitate cognitꝰ tã
q̃ q̃ repletꝰ ſapia fuerat·et ſic in alijs·ſic ↄũſacio
nis huãne atq; locucõis q̃uis ſup̃ hoiem ẽminꝰ ⁊
rõ·mãſuetudo eñ ſibi p̄cipuũ· Sup h̃ aũt oĩa vbi
aſcẽdit ſup verticẽ eiꝰ·nec huãna manꝰ excepta
matña· hic at̃ poſſumꝰ vtilitatẽ ↄſeq̃· Dũ eñ ma
triã increpat dñs q̃rentẽ ipſũ int̃ ꝓpinq̃s·omiſſio
nẽ vinculoꝝ ſãguinis aptiſſime ſuggerit· oſten
dẽs ꝙ nõ ↄtigit metã ꝑfectõis attigẽ eũ qui ad
huc vagat̃ ĩ his q̃ corpi ↄferũt · et ꝙ hõ ðficit a
ꝑfectõe ꝑ affectũ cognatoꝝ·ſequit̃ Et ipi nõ in
tel·ver· q̃d lo·ẽ ad illos Beda· q: ſcz ð ſua diui
nitate ad eos loq̃bat̃ Orig· vel neſciebãt vtrũ
dicẽs in his q̃ p̃ris mei ſũt· ſig̃ficaret ĩ tẽplo· an
aliq̃d altiꝰ·et q̃d magis edificat· Vnuſquiſq;·n·
nr̃m ſi bonꝰ fuerit·potiꝰ ſeſſio dei p̃ris ẽ· Si quiſ
aũt noſtrũ ſeſſio dei patris ẽ· h̃t ĩ medio ſui ihm·

**Et ðſcẽdit cũ eis ⁊ ve
nit nazareth · et erat
ſubditꝰ ill̃ Et mat̃ cõ
ſuabat oĩa ꝟba h̃ cõ
ferẽs in corde ſuo·Et
ihs ꝓficiebat etate ⁊
ſapia· ⁊ gracia apud
deum et homines ·**

Grecus·Totã int̃
mediã xp̄i vitã q̃ eſt
int̃ ↄñſionẽ etatis ⁊
tẽpꝰ baptiſmatis ve
lut imunẽ alicuiꝰ fa-
moſi ⁊ puplici mira-
culi ⁊ doctrĩe euãge
liſta ſub vno verbo
colligit dicẽs·Et de
ſcẽ· cũ eis ⁊ ve·naz·
Orig·Crebro ihs
ðſcẽdit cũ diſcipulis ſuis nec ſp ꝟſat̃ ĩ mõte· q: ñ
valebãt q̃ varijs morbis laborãt· aſcẽdẽ in mõtẽ
Jdeo et nũc ðſcẽdit ad illos· q̃ deorſũ erãt· ſeq̃t̃ ·
Et erat ſubditꝰ ill̃s Grecꝰ·q̃nq; eñ ꝟbo p̄mꝰ
legis inſtituẽs ipe ſecũdario ope ↄprobabat·ſic
ill̃s· Bonꝰ paſtor aiaz ſuã poit ꝓ ouibꝰ ſuis· Jpo
nãq; paulo pꝰ nr̃am ſalutẽ exq̃rẽs aĩam expoſuit
ꝓpriã·aliq̃ñ verꝰ pꝰ viuẽdi ꝓpoit exẽplar·et po
ſtea ꝓmebat· ꝟbo tenꝰ ſãctionẽ Sic h̃·hec tria p̄
ceteris ope mõſtrãs diligẽ deũ·honorare p̃ẽteſ
deũ ꝟo et ipſis p̄ferre p̃entibꝫ Cũ·n·reph̃ẽdẽẽt
a p̃entibꝫ minoris cure cet̃a reputat· q̃ q̃ ſũt dei·
Deniq; ipſis q̃; p̃entibꝰ obediẽtiã p̄ſtat Beda
Q̃d eñ magiſter ꝟtutis niſi officiũ pietatis iplẽt
Quid int̃ nos aliũ q̃ q̃d agi a nob̃ vellet ageret
Orig· Diſcamꝰ ḡ et nos filij p̃ẽtibꝫ nr̃is eẽ ſub
iecti· q̃d ſi p̃res ñ fuerit · Subijciamꝰ his q̃ patrũ
hñt etatẽ· Jhs filiꝰ dei ſubijcit̃ ioſeph ⁊ marie·
Ego ꝟo ſubijciat epõ q̃ mihi ↄſtitutꝰ ẽ pr̃· puto
ꝙ itelligebat ioſeph q: maior ſe erat ihs· et tre
pidꝰ moderabat̃ ipũ· videat ḡ vnuſquiſq; ꝙ ſe
pe q̃ ſubiectꝰ ẽ maior ſit· Q̃d ſi itellexerit·nõ ele/
uabit̃ ſupbia q̃ ẽ ſublimior digtate ſciẽs ſibi me/
liorẽ eẽ ſubiectũ Greg̃·miſe·Ampliꝰ q̃ñ ipube
ribꝫ adhuc ẽ ipfecta diſcrecõ·egetq; ꝑ ꝓuectos
ad ſtatũ ꝓuchi ꝑfectiorẽ·iõ cũ ꝑ trigiſſ;·xij·ãnũ
paret p̃entibꝫ·vt oñdat ꝙ quicq̃d ꝑ ꝓmocionez
ꝓficit̃·anq̃ ad finẽ ꝑueiat· obediẽtiã tanq̃ ꝑdu
centẽ ad bonũ·vtilit̃ ãplexat̃ Baſil·ĩ li·religio/
nũ· ab ipa aũt p̄meua etate p̃entibꝫ obediẽs quẽ
libꝫ laborẽ corporeũ hũilit̃ et reuerẽt̃ ſuſtinuit ·
Cũ·n·hoies eẽnt honeſti et iuſti·egeni tñ neccio-
rũ penuriã paciẽtes·teſte p̄ſepi ptꝰ venerãdi mi
ſtro · manifeſtum ẽ ꝙ ſudores corporeos ↄtinuo
frequẽtabãt·neccia vite ſibi q̃rẽtes ihs at̃ obediẽſ
ill̃ vt ſcptura teſtat̃·eẽ ſuſtinẽdo labores ſubiecti
onẽ plenariã ſuſtiebat Ambro· ⁊ miraris·ſi p̃ri
ðfert· q̃ ſubdit̃ mr̃i·nõ vtiq; ĩfirmitatis· ſ; pieta-
tis ẽ iſta ſubiectõ·attollat licet caput hereticꝰ vt
alieis auxilijs aſſerat eũ q̃ mittit̃ idigẽ·nunq̃d et
huãno egebat auxilio·vt mr̃no ſuiret ipio· ðfere
bat ancille· ðferebat ſimulato p̃ri·et miraris ſi dõ
ðtulit·an hoi ðferre pietatis ẽ· ðferre deo ĩfirmi
tatis Beda· ꝟgo at̃ ſiue q̃ itellixit ſiue q̃ nõdũ
itelligẽ potuit·oĩa ſuo p̃it̃ in corde q̃ſi rimmãda
et diligẽciꝰ ſcrutãda recõdebat· vñ ſeq̃t̃·Et mat̃
eiꝰ ↄſuabat oĩa ꝟba h̃ ↄferẽs ĩ corde ſuo Grecꝰ
Cõſidera prudẽtiſſimã mulierẽ mariã·vere ſapiẽ
mẽtez· q̃lit̃ ſcolaris ſit pueri· Nõ·n·ei vt puero·ne
q; vt viro· ſ; vt deo vacabat vltiꝰ·et illiꝰ voceſ
diuĩas ⁊ opa reputabat ideo nil ex dictis aut ac
tis ab eo incaſſum illi petebat· S; ſic ipſũ ꝟbũ p̄
us ĩ viſceribꝫ·ita nũc euſdẽ modos et dicta ↄcipi
ebat· ⁊ ĩ corde ſuo quodãmõ fouebat· Et h̃ q̃dez
iã ſecũ ĩ p̃nti ↄtẽplabat̃· h̃ at̃ expectabat in futu
rũ clariꝰ reuelandũ· ⁊ hac q̃dẽ tanq̃ regula et le
ge ꝑ totã vitã vtebat̃· vñ ſequit̃·Et ihs ꝓfici
bat etate et ſapia et grã apũ deũ ⁊ hoies Theo·
S; inq̃ũt·quõ pr̃ equal̃ p̃ri eẽ in ſubã q̃ ſcz ipfec
tus creſcẽ dr̃·nõ aũt in eo ꝙ ẽ ꝟbũ·dr̃ incremẽtuz
ſuſcipe· S; in eo ꝙ factꝰ ẽ hõ· ſi eñ vere ꝓfecit
poſtq̃ factũ ẽ caro q̃ añ impfectus extiterat· q̃d

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ergo grās agim⁹ ei· velut incarnato ꝑ nobꝭ. Nua
lit aūt ſi ipē ē vera ſapia· in ſapia pt augeri· Vel
ꝙlit q ceteris largit grām· ipſe in gīa ꝓmouet·
Amplı⁹ ſi nemo ſcādalizat· cū audit· ꝙ ꝟbū ſeip
ſū hūiliauerit· īfima q̄dā de ſe ꝟbo ſētiens· Sed
poti⁹ mirat miſericordiā ei⁹ quō non ē ſupuaca
neū ſcādalizari audiēdo ꝙ ꝓfecit· ſtā ſic ꝓnobis
hūiliat⁹ ē· ſic ꝓ nobꝭ ꝓfecit· vt nos i eo ꝓficiā⁹·
q lapſi fuim⁹ p peccatū· nā q̄cq̄d ſpectat ad nos
ipſe vere ꝓ nobꝭ xp̄s ſuſcepit· vt cūcta reformet
ī meli⁹ Ciril· Et attēde ꝙ nō dixit ꝓficē ꝟbū ſʒ
iħm· ne ſimplex ꝟbū ꝓficē itelligas· ſʒ ꝟbum ca
ro factum Theo· Et ſic ꝟbū in carne paſſuʒ fa
teri· q̄uis ſola caro fuit paſſa· q: caro ꝟbi erat·
q paciebat· ita ꝓficē dr ex eo ꝙ huāītas ꝓfici
ebat in ipō Greg· Naziāzenus· Dr aūt ſm huā
nitatē ꝓficē· nō ꝙ ipa ſuſcipiat augm̄tū q ab in
icio fuit pfecta ſʒ ex eo ꝙ paulati maifeſtabat
The· Natural· n· lex reſpuit hoieʒ ſēſu maiore vti
q̄ etas corpis patiat· erat itaqʒ ꝟbū factū hō p
fectū· cū ſit ꝟtus ⁊ ſapia pr̄is· veꝝ q: dādū erat
aliq̄d nr̄e naē moribʒ· ne aliq̄d extraneū a vidēti
bus reputet· tāq̄ hō paulati creſcēte corpe ma
nifeſtabat ſeipſū ⁊ q̄tidie ſapiētior ab audiētibus
et vidētibʒ cēſebat Grec⁹· ꝓficiebat ꝗ ſm eta
tem q̄dē corpe i virilē ſtatū ꝓmoto· Sapia at p
eos q ab eo diuia docebāt· Gracia ꝟo q cū gau-
dio ꝓmouent· credētes i fine obtinē q ab ipſo ꝓ
miſſa ſūt· vt h̄ quidē apud deū ex eo ꝙ aſſumpta
carne p̄mū opus pegit· apud hoies ꝟo p ꝯuſaci
onē eoꝝ a cultu idoloꝝ ad ſūme t̄nitatis noticiaʒ
Theo· Dicit at apud deū et hoies q: pus decet
placē deo et poſtea hoibʒ Greg· niſe· Differēt
etiā ꝓficit ꝟbū in his q ipſū ſuſcipiūt· ſm ei imen
ſurā illi⁹ appareʒ aut ifans aut adult⁹ aut pfect⁹·

CAPIT· ·III·

Anno autē quītodecio iperij tiberij ceſaris·
ꝓcurāte pōtio pilato
iudeā· Tetrarcha at
galilee herode philipo
at frē eius tetrarcha
ituree ⁊ trachonitidiſ
regiōis· ⁊ lyzama ab
ylie tatrarcha· ſb pn
cipib⁹ ſacdotū anna ⁊
cayppha· factū ē ꝟbū
domini ſuper iohannē
zacharie filiū i deſto·

Greg· in ome· Redēptoris p̄curſor q
tpe ꝟbū p̄dicacōis
accepit· mēorato ro
mane reipu· pncipe
et iudee regibʒ dſig
nat· cū dr· Anno aūt
quītodecio imperij ti
berij ceſaris q: enim
illū p̄dicare veiebat
q ex iudā q̄ſdā et mł
tos ex gētib⁹ redēp
tur⁹ erat· p regem
gentiū ⁊ pncipes iu
deoꝝ p̄dicacōis ei⁹
tpa dſignant· q: at
gētilitas colligēda
erat i romana reipu-
blice· Vn⁹ p̄fuiſſe d
ſcribit· cū dr· Impe-
rij tiberij ceſaris·
Grecus Mortuo em̄
auguſto Manarcha
a q romani pncipes
nom̄ auguſti adepti
ſūt· Tyberius p⁹ illū ad iura monarchie ſuccedēſ
xv· annū ſuſcepti pncipat⁹ agebat Orig· Et in

ꝓphetico quidē ſmone ſolis iudeis p̄dicato· ſolū
iudeoꝝ regnū dſcribit· Viſio nāq̄ iſaie i diebus
ozie ioathan achas regū iuda· At i euāgelio qd
erat p̄dicādū vniūſo mūdo dūm dſcribit· Tiberij
ceſaris· q toci⁹ orbꝭ dn̄s videbat· Veꝝ ſi ſolū hi
q ſūt d gentibʒ· eēnt ſaluādi· Satis erat ſoli⁹ ti-
berij facē mētionē· ſʒ q: oportebat ⁊ iudeos credē
Ob h̄ et iudeoꝝ regna dſcribunt· ſeu tetrarchie
cū ſubdit· ꝓcurāte pōtio pilatto iudeā tetracha
at galilee herode· philippo at et frē ei⁹· Tetrar
cha ituree et trachonitidis regiōis et lyzama ab
ylme tetrarcha Greg· i ho· q: ei iudea erat ꝓ
culpa pfidie diſpgēda· In iudee regno p parteʒ
et partē plurimi pncipabant· ſm illud Omne reg
nū in ſeipſū diuiſū dſolabit Beda· Pilat⁹ q̄deʒ
xij· anno tiberij ceſaris i iudeā miſſus ꝓcuracionē
gētis ſuſcepit· atʒ ibi p decē ꝯtinuos annos vſqʒ
ad ipſū pene finē tiberij pdurauit· Herodes at et
philippus et lyzanias filij ſūt herodis illi⁹· ſub q
dn̄s natus ē· int q̄s et ipē herodes archelaus frē
eoꝝ decē ānis regnauit· q a iudeis apd auguſtū
criminat⁹ apud viennā exilio pijt· Regnū at iudee
q mi⁹ validū fiēt· idē auguſt⁹ p tetrachias diuſ
dere curauit Greg· i ho· Et q: iohes illū p̄di-
cauit· q ſił rex et ſacdos exiſtēt· lucas euāgeliſta
p̄dicacōis ei⁹ tpa nō ſolū p regnū· ſʒ et p ſacdo-
ciū dſiguit· vn̄ ſubdit· Sub pncipibʒ ſacdotū an
na et cayppha Beda· Ambo q̄dē incipiēte p̄dica
cōe iohis id ē annas et caypphas pncipes fuē ſac
dotū Sʒ annas illū annū· Caypphas ꝟo eū q cru-
cem dn̄s aſcēdit admiſtrabat· tribʒ alijs in medio
pōtificatu pfūctis· Veꝝ hi maxie q ad dn̄i paſſi
onē ptinēt· ab euāgeliſta ꝯmemorant· Legalib⁹
nāqʒ tūc p̄ceptis vi et ambicōe ceſſantibʒ· nulli
pōtificat⁹ honor vite vel gn̄is merito reddeba-
tur· ſʒ romana ptate ſūma ſacdocij preſtabat· Jo-
ſeph⁹· n· refert· ꝙ valeri⁹ gracch⁹ anna a ſacdo
tio dturbato iſmahelē pontificē dſignault filium
baphi· Sʒ et hūc nō multo p⁹ abijciēs· Eleazarū
ananie pōtificis filiū ſubrogauit· p⁹ annū ꝟo et
hūc arcet officō et ſimoni cuidā Caphi filio pon
tificat⁹ tradidit miſteriū· q non amplius ipē q̄ vni
us anni ſpacio pfūctus ioſephū cui et caypphaſ no
mē fuit· accepit ſucceſſorē· p h̄ oē tempus q dn̄s
nr̄ docuiſſe dſcribit· int q̄driennij ſpacia coartat·
Ambro Cōgregat⁹ at ecclam dei fili⁹ aī opa
tur in ſuulo· Et iō bn̄dicit· Factū ē ꝟbū dn̄i ſup
iohēm zacharie filiū· vt eccia nō ab hoie ceperit
ſʒ a ꝟbo· bene at lucas ꝯpēdio vſus ē· vt iohēʒ d
clararet ꝓphetā dicēs· Factū ē ſup eum ꝟbuʒ dei
alia nō adderet Nulli⁹· n· eget iudicō ſui· q vero
dei abūdat· vnū itaqʒ dicēs oīa dclarauit· At ꝟo
mathe⁹ et marc⁹ veſtitu et cinctu et cibo ꝓphām
dclarare voluerūt Criſ· ꝟbū at dei h̄ mādatuʒ
eſſe dr· q: nō a ſe veit zacharie fili⁹· ſʒ deo ipſum
mouēte Theo· p totū aūt tēp⁹ p̄teritū vſqʒ ad
ſui oſtēſionē occult⁹ fuit i deſto· Et h̄ eſt qd ſub
dit i deſto vt nulla ſuſpicio inaſcat hoibʒ vt gr̄a
affinitatis ad xp̄m vel ꝯuſacōis a teneris ānis· ta
lia d ipſo teſtaret· vn̄ ipē teſtificās dicebat Ego
neſciebā illū Greg· niſe· Simul et q in ſpū et ꝟ
tute helie hāc vitā ingreſſus ē· amot⁹ a ꝯuſacōe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

huãna inuiſibiliũ ſpeculacõi vacãs· ne hmõi fal/
lacia ꝙ̃ p ſenſus ingerunt̃· aſſuet9 q̃dã ↄfuſione
ac errorē incuerēt erga viri boni diſcrecõez· Et
iõ ad tãtã diuinaꝝ grãꝝ eleuat9 ē apicē· vt pluſ
ꝙ̃ ꝓphetis ſibi grã in funderet̃ · qꝛ mũdus et ex
pers cuiuſlibꝫ natalis paſſiõis ꝺ̃ſideriũ ſuũ a pñ/
cipio vſqꝫ ad finē diuis aſpectibus obtulit Am
bro· Deſtũ eē ē ipſa eccia qui a plures filij ꝺ̃ſerte
magis ꝙ̃ ei9 q̃ habet virũ· Factũ ē g̃ v̄bũ dñi vt
q̃ erat ante deſerta· fructũ nob̃ terra generat

**Et venit i omnē regio-
nē iordanis p̄dicans
baptiſmũ peitēcie· in
remiſſionez pccoꝝ ſic
ſcriptũ ē i libro ſmo-
nũ yſaie ꝓphete· Vox
clamãtis i deſto pate
viã dñi· rectas facite
ſeitas ei9· Ois valli i
plebit̃· ⁊ ois mons et
coll̃ huiliabit̃· Et erīt
praua idirecta· ⁊ aſpe
ra in vias planas· et
videbit omis caro ſa
lutare dei·**

Amb· Factũ v̄bũ
vox ſecuta ē· v̄bũ ei
pus int9 opat̃· ſeq̄t̃
nob̃ officiũ· vñ dr̃ Et
ve·i om·re·iord·
Orig· Jordanis idē
eſt ꝙ deſcēdens· De
ſcēdit·n·dei fluuius
aqua ſalubris· Que
aũt loca decebat pam
bulare baptiſtã· niſi
iordani ↄ̃cumadiacē
cia· vt ſi quē penitē
ↄtigerit· ꝓtin9 oc-
currēt flueti humili
tas ad recipiēdũ pe
nitēcie baptiſmum·
Subdit̃·n·p̄di· bap
tiſ·pe·i remiſ·pec·
Greg̃· in ho· Cũctis
legētibus liquet· qꝛ
iohes baptiſmũ pei
tēcie nõ ſolũ p̄dicauit· veꝝ eē quibuſdã dedit· tñ
baptiſmũ ſuũ i remiſſionē peccatoꝝ dare nõ po
tuit Criſ· ſup iohem· Cũ·n· nondũ oblata eſſꝫ
hoſtia· nec ꝺ̃ſcēdiſſet ſpũs· q̃lit̃ erat fiēda remiſ/
ſio· q̃d eſt g̃· qd̓ lucas dicit In remiſſionē pctoꝝ·
Erãt ſiquidē iudi ignari· nec culpas ꝓpas ppen-
debãt· Qm̃ igit̃ h̓ erat cã maloꝝ vt peccata ag/
noſcerēt ad redēptorē q̃rendũ· venit iohes ho t/
tãs illos peitenciã agere· vt p peitentiam effecti
meliores atꝫ ↄtriti ad recipiēdã veniã ſatagant
Apte g̃ cũ dixiſſꝫ· ꝙ veit p̄dicãs baptiſmũ peitē
cie i remiſſionē peccatoꝝ· q̃ſi dicēt· Ideo ſuade
bat illis peitere· vt ſubſequētē veniã facili9 ipe
trarēt· credētes in xp̄m· q̃ã niſi penitēcia ducerē
tur· nequaq̃ꝫ expoſcerēt grãm· Vñ baptiſma illd̓
nullã aliã ht̃ cauſã niſi ꝙ ꝑparatoriũ erat ad fidē
xp̄i Greg̃ ·i ho· Vel iohes dr̃ p̄dicãs baptiſmũ
peitencie i remiſſionē peccatoꝝ· Qm̃ baptiſmum
qd̓ peccata ſolueret· qꝛ dare ñ poterat p̄dicabat
vt ſic incarnatũ v̄bũ p̄us p̄currebat v̄bo p̄dica
cõis· ita baptiſmũ penitēcie q̃ peccata ſoluũt̃· p̄
currēt ſuo baptiſmate q̃ peccata ſolui nõ poſſunt
Ambro ·Et iõ pleriqꝫ ſãcto iohãn typũ legis
iponũt eo ꝙ lex peccatũ ꝺ̃nũtiare potuit· donare
nõ potuit Greg̃· nazianzen9· Et vt aliq̃ten9 de
baptiſmatũ differēcia diſſeram9· baptiſauit moi
ſes· ſꝫ in aqua· nube et mari h̓ autez figuralit̃ age
bat̃· Baptizauit qꝫ iohãnes· nõ vtiqꝫ ritu iudeoꝝ
nõ eñi ſolũ i aqua· ſꝫ eē in remiſſionē· Non tñ oino
ſpiritalit̃· neqꝫ ei addit in ſpũ· Baptizat ihs· ſꝫ in
ſpũ· et hic ē pfectio· Eſt qꝫ quartũ baptiſma· qd̓
fit p martiriũ et ſãguinē· q̃ etiã ipe xp̄s ē bapti
ſatus· qd̓ cetis ē venerabili9 nimis eaten9 q̃tin9
iteratis ↄtagijs nõ fedat̃· Eſt e quintũ ex lacri/
mis labori oſi9 tñ· iuẽ qd̓ quidē ſingul̓ noctibꝫ ſu
um rigãt cubile et ſtratũ in lacrim s· ſequit̃· Sic
ſcriptũ ē in libro yſaie ꝓphete· vox clamãtis in de
ſerto· Ambro· Bene vox dr̃ iohes v̄bi p̄nũci9
qꝛ vox p̄cedit inferior· v̄buz ſequit̃· qd̓ p̄cellit·
qꝛ derelicte ac deſtitute iudee ſolatiũ redēpcõis
annũciat· q̃d aũt clamaret apit̃· cũ dicit̃· Parate
viam dñi rectas facite ſemitas ei9· Ois·n· q̃ fidē
rectã et bona opa p̄dicat· q̃d aliđ ꝙ̃ venienti dño
ad corda audiētiũ viã parat· vt rectas deo ſemi-
tas faciat· dũ mũdas in aĩo cogitacõs p ſmonem
bone p̄dicacõis format Orig· vel i corde noſtro
via ꝑparanda ē dño Magnũ·n·eſt cor hoĩs et ſpa
cioſũ· Si tñ fuerit mũdũ· neqꝫ i corpis q̃ntitate·
ſꝫ in v̄tute ſenſuũ magtudinē ei9 intellige· q̃ tan
tam ſcientiam capiat veritatis· Prepara g̃ in tuo
corde viã dño p ↄuerſationē bonam· et egregijs
vel pfectis opib9 dirige ſemitã vite· vt in te ſer
mo dei abſqꝫ offēſa pambulet Baſil· Et qꝛ ſemi
ta iſta via quã p̄cedētes calcauerãt et quã poſteſ
hoĩes corruperũt eam iterato dirigē iubet ſmo·
ill̓ q̃ a p̄cedētiũ zelo recedũt Criſ ·clamare aũt
Parate viã dñi· non regis erat· ſꝫ p̄curſoris offi/
cium Et iõ eum vocauerat vocē· qꝛ v̄bi erat pre
curſor Ciril· Sꝫ q̃ſi q̃s reſpõderet· et dicēt q̃li
ter viã ꝑparabi9 dño vel q̃lit̃ ei9 ſeitas rectas fa
ciem9· cũ plã ſint ipedimēta honeſtã vitã volē-
tibꝫ ducē· At h̓ ꝓphetic9 ſmo rñdet· ſũt ei vie q̃
dã et ſemite neq̃ꝙ̃ ad eũdũ habiles· adeo vt alicu
bi ad tumulos et iuga tollant̃· alicubi declines
ſint· Et ad h̓ remouēdũ dicit· Ois vallis iplebit̃·
et ois mõs et collis hũiliabit̃ Quedã viaꝝ in eq̃
liter diſpoſite ſũt· et dũ nũc ſurſũ erigũt· nunc v̄
gũt deorſũ valde ſũt ad eũdũ difficiles· Et q̃ntũ
ad h̓ ſubdit· Et erũt p̄ua indirecta· et aſpera i vi
as planas· h̓ aũt itelligit̃ actũ eſſe· p nři ſaluato
ris potēciã· q̃ndã eñi euãgelice ↄuerſacõis et vi
te iter erat ad eundũ difficile· ex eo ꝙ et mentes
ſinguloꝝ mũdane voluptates oppreſſerãt· vt aũt
de9 factus hõ peccatũ dãnauit in carne· expla
nata ſũt oia et reddita ſũt ad eundũ facilia et nec
collis nec vallis ꝓficere volētibꝫ obuiat Orig·
q̃ñ eñi veit ihs et ſpũm ſuũ miſit· ois vallis reple
ta ē opib9 bonis et fructib9 ſpũſſancti· Quos et
ſi habueris nõ ſolũ vallis eē deſiſtis· ſꝫ etiã mons
dei eē incipies Greg̃· miſe· vel quietã in v̄tuti
bus ↄuerſacõꝫ ſigſicat p cõualles· ſcd̓m illđ pſal
mi· valles habũdabt̃ frumēto Criſ ·Elatos aũt
ſupbos noie mõtis ꝺ̃nũciat· q̃s xp̄s hũiliauit Col
les aũt ꝺ̃ſperatos appellat· ñ ſolũ ob ſupbiã m̃tis
ſue· ſꝫ ꝓpt̃ deſpacõis ſterilitatē· Collis·n· nullos
fruct9 ꝓducit Orige· vel itelligas q̃ñ mõtes
et colles qui ſũt adũſarie poteſtates· p aduentũ
xp̄i ꝓſtrati ſũt Baſil· Sicut aũt colles reſpectu
mõtiũ magtudine differunt· in alijs ſũt idē· ſic et
adũſe poteſtates ꝓpoſito quidē ↄformes ſũt· in
manitate tñ offenſionũ ſecernũtur Greg̃· i ho·
Vel vallis ipleta creſcit· mõs aũt et coll̓ hũiliat9

decreſcit·qꝛ in fide xp̄i et gentilitas plenitudinē
gracie accepit· et iudea p horrorē pfidie ꝭ vnde
timebat pdidit· humiles eñ donū acceperūt q̄d a ſe
corda ſupbiencū repellūt Criſ·Vel p hoc de
clarat legis difficultatē in fidei facilitatē ↄūſaꝫ
ac ſi dicat·nō vlteri⁹ ſudores et dolores inueniēt
ſꝫ gracia et remiſſio peccatoꝝ· facilē viam pari
unt ad ſalutē Greg̃·Niſenus ·vel iubet valles
impleri·deīce ꝟo colles et mōtes·volēs oſtendē
qꝫ nec ob defectū ꝟtutis ordo ſit cōcauus· nec di
ſcrepet ob exceſſuꝫ Greg̃·in ho·Praua aūt di
recta fiūt cum maloꝝ corda · p iuſticiā detorta
ad iuſticie regulā dirigūtꝰ Aſpera aūt in vias pla
nas immutanꝰ cū immites,atꝫ iracūde mētes per
infuſionē ſupne gracie ad lenitatē māſuetudis re
deūt Criſ·Deinde hoꝝ ſubiicit cauſā dicēs·Et
videbit omnis caro ſalutare dei ·oſtēdens qm̄ vſ
qꝫ ad fines mūdi diffūdetꝰ euāgelij ꝟtus·atqꝫ co
gnicō ex more ferino et obſtiata voluntate·ad mā
ſuetudinē et lenitatē humanū gen⁹ ↄuertēs·Nō
aūt ſolū iudei et proſeliti · ymo tota huāna naťa
ſalutare dei videbit Criſ··Jd ē patris q̄ filiū mi
ſit vt noſtrū ſaluatorē·caro aūt ad pn̄s accipitur
ꝓ toto hoīe Gre ·in ho·vel aliť oīs caro ·i·oīs
hō ſalutare dei videlicet xp̄m ī hac vita videre
nō potuit· ꝓpħa ḡ oculū ad extremū iudicij dieꝫ
tendit·qn̄ hūc oēs ꝛ electi et reꝓbi piť videbūt

Dicebat aūt ad tur-
bas q̄ exibāt · vt bap
tizarenꝰ ab eo· Geni
mia viperaꝝ q̄s oſtē
dit vob̄ ſugere a ven
tura ira Facite ergo
fruct⁹ dignos penitē
cie·ꝛ ne ceperitis dicē
Patrē habem⁹ abra
ham· dico eñ vob̄· qꝛ
poteſt de⁹ de lapidibꝫ
iſtis ſuſcitare filios a
brahe·Jam ei ſecuriſ
poſita ē ad radicē ar
boris· oīs ergo arbor
nō faciēs fructū bonū
excidetur·et in ignēꝫ
mittetur ·

Criſ· Manens ali
quis in p̄ſtino ſtatu
ꝛ mores ſuos ꝛ ↄſue
tudinē nō relinquēſ
neq̄q̄ꝫ rite ad baptiſ
mū venit· Si quis ḡ
velit baptiſari egre
diaꝰ·vn̄ ſignanť dr̄·
et dicebat ad turbaſ
q̄ exibāt vt baptiza
reꝰ ab eo· Egredieñ
tib⁹ itaqꝫ ad lauacꝝ
turb̄ loquitꝰ· q̄ ſequū
tur Si ·n·iam egreſſi
eſſent· neq̄q̄ꝫ ad eos
dicēt genimia vipe
raꝝ Criſ ·ille itaꝫ
qꝫ cultor deſerti·vi
dēs omēs icolas pa
leſtine ↄſtātes ipſū
et admirātes· non in
flectabaꝰ ꝓ tāta re
uerencia ſꝫ inſurgēs
ipſos arguebat Sa
cra aūt ſcriptura ſe
cūdū ſtimulātes paſ
ſiones plerūqꝫ feraꝝ noīa impoit hoībus· Jnter
dū canes eos nomians cauſa ꝓcacitatis · eq̄s ob
luxū·aſinos ꝓpter dementiā Et leones et pardos
cauſa rapacitatis et petulācie Aſpides cā doli·ſ
pentes ꝛ vipas cauſa veneni et calliditatis · Vn̄
et nūc iohes iudeos audacter genimia vipaꝝ vo
cat Baſil · Optet aūt ſcire qꝫ hec noīa natus et
filius de aīalibꝫ dicūtur·genimen ꝟo pť dici fet⁹
anteq̄ꝫ effigietꝰ· fruct⁹ eť palmaꝝ genimia dicūtꝰ

Naro aūt in aīalibꝫ accipiunꝰ·et ſp̄ in malo·
Orig·ꝑferūt aūt vipam marē coeūdo necare·cui⁹
ſemen excreſcēs perimit matrē et ſic ꝓdit in luceꝫ
ſciſo pentis vtero ī vindictā quodāmō pentis ge
nitoris· Jta patricida ē proles vipa tales erāt iu
dei· qui patres ſpirituales eoꝝ atqꝫ doctores oc
cidebāt· qꝫ aūt ſi inueit eos peccātes· ſꝫ incipien
tes cōuerti·nō debebat eis ↄuitiari· ſꝫ p mulcere
dicendū qꝫ nō adhibebat mentē his q̄ fiebāt exte
rius Mentis eñ eoꝝ arcana cognouerat dn̄o re
uelāte·nimis eñ ſe iactabat in ꝓgeitorib⁹·hinc
ḡ radicē ſcindēs noīat illos genimina viparum
nō quidē vitupans paťarchas·aut eos vipas no
mians Greg̃·Sꝫ qꝛ p hoc qꝫ bonis iuidēt·eoſqꝫ
pſequūtur· patrū ſuoꝝ carnaliū vias ſequētes ·
q̄ſi venenati filij ꝺ veneficis pentibꝫ nati ſūt · qꝛ
ꝟo ſupdicta ſētentia intēdit qꝫ extremo xp̄s exa
mine ab oī carne videbitꝰ·recte ſubditꝰ·Quis oſtē
dit vob̄·fugere a vētura ira·Ventura ira ē aīad
uerſio vltionis extreme Ambro· Oſtēditur aūt
his dei miſeracōe infuſa prudētia·vt gerant ſuo
rū penitēciam delictoꝝ·futuri terrorē iudicij ꝓ
uida deuocōe metuētes·aut fortaſſe iuxta q̄d dic
tum ē· Eſtote prudētes ſic ſpentes ↄn̄duntꝰ hēe
prudēciam naturalē q̄ ꝓ futura videāt et ſponte
ꝺpoſcant·ſꝫ adhuc noxia nō relinquāt Grego ·
in ho· Quia ꝟo tūc fugere ab ira peccatoꝝ non
valet ·q̄ nunc ad lamēta penitencie non recurrit·
ſubditꝰ·Facite ḡ fruct⁹ dignos penitēcie Criſ·
Non·n·ſatis ē penitentibꝫ peccata dimittere ſed
opus ē eius fruct⁹ ferre ſcd̄m illud· Declina a ma
lo·et fac bonū·ſicut nō ſufficit ad ſanacōꝫ ſagittā
euellere·ſꝫ optet vlceri medicamētū appone ·Nō
aūt dicit fructū ſed fruct⁹ copiam ꝺſignās Gre
go·in ho· Nec ſolū fruct⁹ penitēcie·ſꝫ dignos pe
nitencie admonet eē faciendos· Quiſquis·n·illici
ta nulla omiſit·huic ↄceditꝰ vt licitis vtaꝰ ac ſi q̄ſ
in culpā lapſus ē·tāto a ſe licita debet abſcindē·
q̄nto meminit ſe ppetraſſe illicita · Neqꝫ enim par
fructus eſſe boni opis debet ei⁹ q̄ minus et qui am
plius deliq̄t·aut eius q̄ in nullis· et ei⁹ q̄ in q̄buſ
dam facinoribꝫ cecidit·p hoc ḡ cuiuſlibꝫ ↄſcien
cia ↄuenitꝰ· vt tanto maiora q̄rat bonoꝝ operuꝫ
lucra p penitēciā· q̄nto grauiora ſibi intulit dā
na p culpā Maxi·Penitēcie fruct⁹ ē impaſſibi
litas aīe q̄ plenarie nō fruimꝰ·dū intēdū paſſiōibꝫ
inſtigamꝰ· nondū eñ fruct⁹ penitēcie dignos pe
gimus peniteam⁹ ḡ veraciť·vt a paſſiōib⁹ expe
diti peccatoꝝ veniā ↄſeq̄mur Gre ·in ho·ſꝫ iu
dei de generis nobilitate gloriātes·idēco ſe ag
noſcere peccatores nolebāt · qꝛ de abrahe ſtirpe
deſcēderāt· quibꝫ recte dr̄ Et ne ceperitis dicere·
patreꝫ habemus abrahā Criſ · Non ꝭ indicās
qꝫ ab abrahā naťali origine nō deſcēderāt · ſꝫ qꝛ
nihil ꝓdeſt abrahā deſcēdiſſe·niſi ſm̄ ꝟtutē co
gnacōꝫ obſuent·Cognacōis nāqꝫ leges ↄſueuit
ſcriptura vocare nō eas· q̄ ſcd̄m naturā ↄſiſtunt·
ſꝫ que deriuātꝰ a ꝟtute vel vicio · quibꝫ namqꝫ ſe
quiſqꝫ ↄformē ſtatuit·hoꝝ fili⁹ vel frater voca
tur Ciril·Quid·n·ↄferi carnaľ generoſitas·ni
ſi ↄſimilibꝫ ſtudijs fulciaꝰ · Vanū eſt igiť extolli
de bonis p̄deceſſorib⁹·et deficē ab eoꝝ ꝟtutib⁹

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Baſilius· Neq3 eñ equū velocez eſſe facit patris
erga curſū ſtrenuitas· Sʒ veluti ceteroꝝ anima
lium ꝓbitas ꝯſideraṫ in ſingulis Sic q3 laus pro
pria viri diſcerniṫ quā pñtium bonoꝝ in ſe com/
probat argumētum· Turpe namq3 ē alienis orna
ri decoribus· quē vtu ꝓpria nō venuſtat Gre
go· Niſen9 Sic igiṫ iudeoꝝ ꝓmulgato exilio· cō
ſequenṫ ingerit ꝯuocacōʒ gentiliū· quos lapides
appellat· vñ ſequiṫ· Dico· n· vobis qꝛ pt̄ de9 de la
pidibʒ iſtis ſuſcitare filios abrahe Criſ· Quaſi
di· ne putetis ꝙ ſi vos perieritis· filijs priueṫ pa
triarcha· poteſt eñ deus etiā ex lapidib9· hoīes
illi prebere et ad illū pducere ſāguinem· Nam et
ab ipſo pñcipio ſic euenit· Et namq3 qđ eſt ex la/
pidibus homines fieri· equipollet exitus filij ab
illo emortuo vteroſare Ambro· Sed licet deus
poſſit diuerſas cōuertere et mutare naturas· tñ
mihi plus miſteriū· q̄ꝫ miraculū ꝓdeſt· Quid eñ
aliud q̄ꝫ lapides habebanṫ· qui lapidibʒ ſuiebāt
Similes vtiq3 hijs qui fecerant eos· ꝓphetatur
igiṫ ſaxoſis gentiliū fides infūdenda peccatori=
bus et futuros p fideʒ abrahe filios oracula pol
licenṫ· vt aūt ſcias quia lapidibʒ cōparati ſūt ho
mines· arboribus q3 hoīes cōparauit· cuʒ ſubdit
iam eñ ſecuris poſita eſt ad radicem arboris· Exē
pli aūt ideo facta eſt mutacō vt illo ꝯparacōis
ꝓceſſu quidā intelligaṫ hoī clemēcior iam ꝓfec
tus· Orig· Et quidē ſi iam vigeret cōſumacio·
et temporꝝ finis inſtaret· nulla mihi queſtio na/
ſceretṫ· Dicerē eñ ꝓpterea hoc ꝓphetatum eſſe qꝛ
illo tpe complebitur· Cum aūt tanta poſt ſecula
fluxerit quo ſpirituſſanctus hoc dicit· ego puto
iſrahelitico populo ꝓphetari ꝙ p̄caſio eius vici/
na ſit Ubis eñ qui egrediebātur ad eum· vt bap/
tizarenṫ· hec inṫ cetera loquebaṫ Ciril· Secu/
rim ḡ in pñti nomiat mortiferā iram· q̄ diuinitus
irruit in iudeos ꝓpter exercitā ipietateʒ in criſtū
non tñ heſiſſe radici· ſecurim p̄nunciat· ſʒ ad radi=
cem id ē iuxta radicem poſitā Decisi namq3 fuerṫ
rami· nec radicit9 extirpata eſt planta· reliquie
eñ iſrael ſalue fient Greg· in ho· vel aliṫ arbor
hui9 mūdi eſt vniuerſū genus humanū· Securis
vero eſt redēptor noſter· qui velut ex manubrio
et ferro teneṫ ex humanitate· ſʒ incidit ex diuini=
tate· q̄ videlicet ſecuris iam ad radicē arboris po
ſita eſt· qꝛ et ſi p pacienciā expectat· videṫ tñ q̄d
factura eſt· Et notandū ꝙ non iuxta ramos ſecuri
poſitam· ſʒ ad radicē dicit Cum· n· maloꝝ filij tol
lunṫ· quid aliđ q̄ꝫ rami infructuoſe arboris abſci/
dunṫ· Cum vo tota ſimul ꝓgenies cū parēte tol
litur infructuoſa arbor a radice abſciſa eſt· Vnuſ=
quiſq3 aūt ꝑuerſus paratā cuius gehēne cōcre=
macionē mucit qui fructū boni opis ꝯtemnit· vñ
ſequiṫ· Omis ḡ arbor q̄ non facit fructū bonuʒ ex
cideṫ· ꝛ in ignem mitteṫ Criſ· Elegāter dictuʒ
eſt non faciens fructum· et adijciṫ bonū· officioſū
eñ hoc animal de9 et creauit et naṫalis eſt ſibi ex
ercicioꝝ inſtancia· otium vo innaturale Obeſt ei
inercia etiā cūctis corpis mēbris· nulli aūt vt aīe
Ea nāq3 cum ꝯtinuo ſit naturaliṫ mobilis· ociari
non patiṫ· ſicut autem ocium malū eſt· ita et inde
cens exerciciū Ex eo autē ꝙ pmiſit penitenciam·
p̄dicat ꝙ ſecuris adiacet· non quidē incidens· ſed
terrorem incuciens Ambro· Faciat ḡ fructuʒ q̄
poteſt gr̄e· qui debet penitentie· adeſt dñs q̄ fru
ctū req̄rat fecundos viuificet· ſteriles rep̄hēdat

Et interrogabāt euʒ
turbe dicentes· quid
ergo faciem9· Reſpō
dēs aūt dicebat illis
Qui habet duas tuni
cas· det nō habēti· et
qui habet eſcas· ſimili
ter faciat· Venerunt
autem ꝛ publicani vt
baptiſarenṫ· et dixe=
runt· Magiſter quid
faciemus· et ille dixit
ad eos· nichil ampli9
q̄ꝫ qđ conſtitutum eſt
vobis faciatis Inṫ=
rogabant aūt eum ꝛ
milites· d· quid facie=
mus ꝛ nos Et ait illis
neminē cōcuciatis ne
q3 calūniaʒ faciatis ꝛ
cōtenti eſtote ſtipen=
dijs veſtris

Gre· in ho· In pre
miſſis vbis baptiſte
iohis ꝯſtat ꝙ audiē
tiuʒ corda ṫbata ſūt
que ꝯſiliū querebāt
cum ſubinfṫ Et in
ter· cum turbe di· q̄d
ergo fa· Origenes
Tres ordines īdicū
tur ſuſcitantiū iohēʒ
ſup ſalute ſua· Vnus
quē ſcriptura appel=
lauit turbas· alius
queʒ publicanos no
miat· Tercius q̄ mili
tū appellacōe cenſeṫ
Theo· Et quideʒ
publicanis et mili/
b9 a malo abſtinē p̄=
cipit Turbis aūt q̄ſi
ñ malicioſis exiſtenti
bus bonuʒ aliqđ p̄ci
pit· obſeruari· vnde
ſequiṫ Rñdens autē
di· illis q̄ ha· du· tu·
det nō hñti Greg
in ho· ꝓpṫ h· ꝙ tu/
nica plus eſt neceſſa
ria vſui nr̄o q̄ꝫ palliū
ad fructū dignū pe
nitētie ptinet· vt nō
ſolū exteriora q̄cum
q3 ſʒ ipſa nob valde neceſſaria diuidē cuʒ ꝓximis
debeamus ſcʒ vel tunicā q̄ veſtimur· vel eſcam q̄
carnaliṫ viuimus· vñ ſequiṫ· Et qui habet eſcas ſi
militer faciat Baſil· Hic aūt docem̄· ꝙ ex oī eo
ꝙ affluit ſupra ꝓprij victus neceſſitatē· tenemur
erogare illi q̄ non hꝫ ꝓpṫ deum· q̄ quecūq3 poſſi=
demus largitus ē Greg· in ho· Quia· n· in lege
ſcriptū eſt Diliges ꝓximū tuū ſicut teipſū min9
ꝓximū amare ꝯuinciṫ· q̄ nō cū eo i neceſſitate illi
us eē ea que ſūt ſibi neceſſaria partitur· ideo de
diuidēdis cum ꝓximo duab9 tunicis daṫ p̄ceptū
q̄m ſi vna diuidiṫ· nemo veſtiṫ· Inṫ hec aūt ſcien
dum ē q̄ntū miſericordie opa valeāt· cum ad fru
ctus dignos penitēcie ipſa p̄ ceteris p̄cipiunṫ
Ambro· Alia eñ officia p̄cepta ꝓpria ſūt ſingulo
rum· miſericordia omnium eſt vſus· Ideo cōmune
p̄ceptū ē omibus vt ꝯferant nō hñti· Miſericor=
dia eſt pleitudo vtutū· miſericordie tñ ipſi9 pro
poſſibilitate ꝯditioni huāne mēſura ſuatur vt ñ
ſibi vnuſquiſq3 totū eripiat· ſʒ ꝙ habet· cum pau
pere ptiaṫ Orig· Profūdiorē aūt locus iſte re
cipit intellectū Quō· n· nō debem9 duobus ſuire
dñis· ſic nec duas hr̄e tuicas· ne ſit vnū indumtū
veteris hoīs et alterꝝ noui· ſʒ debem9 nos exuere
veterem hoīeʒ et ei dare qui nudus ē Alius enim
habet vnum· alius vo oīno non hꝫ· Contraria ſcʒ

foꝛtitudo. et quō ſcriptū eſt vt in ꝓfundū maris
ꝓ̄cipitem⁹ noſtra delicta. ſic ꝓiici a nobis opꝫ et
vicia atq̄ʒ peccata. et iacere ſup eum qui eoꝝ no
bis cā̄ extitit  Theo. Quidā aūt tunicas duas eē̄
dixit ſpū̄ʒ ſcripꝰ̄e et lr̄am. hn̄tē̄ vo duo ꝭ monet
iohes. vt inſtruat ignorātem. et det ei ad minus
lr̄am  Beda quantā aūt baptiſte ſmo v̄tutē ha
buerit. hinc ꝓbatur. cū et publicanos et milites
ad ꝯſiliū ſalutis ſue coegerit inquirendū. vn̄ ſeq̄
tur  Venerūt aūt publicani vt baptizarenꝰ. et di
xerūt. Magiſter quid faciem⁹.  Criſ. Magna ē̄
v̄tutis foꝛtitudo. dū felicitatis viam requirūt ab
indiguo locupletes.  Beda. Precepit ḡ eis ne
vltra ꝓ̄ſcriptū exigant. vn̄ ſequiꝰ. Et ille dixit ad
eos. Nihil ampli⁹ quā quod ꝯſtitutum eſt vobꝭ fa
ciatis. Publicani vo appellanꝰ hi qui vectigalia
publica exigūt. ſiue q̄ cōductoꝛes ſūt vectigaliū
fiſci vel reꝝ publicaꝝ. nec nō et hij q̄ ſeclī huiuſ
lucra ꝑ negocia ſectanꝰ. Eodem vocabulo cenſen
tur. quos omēs parit̄ in ſuo quēq̄ʒ gradu ab agē̄
da fraude coercet. vt dum primo ſe ab alienoꝛum
tē̄perarēt appetitu  tandeʒ ad ꝓpria cum ꝓximis
ꝯmunicāda ꝑtingerēt. ſequiꝰ Interrogabāt autē̄
eum et milites dicentes Quid faciem⁹ et nos. Iu
ſtiſſimo aūt moderamie ꝓ̄monet. ne ab eis calum/
niando ꝓ̄dam requirāt quibʒ militādo ꝓdeſſe de
buerāt. vnde ſequiꝰ. Et ait illis. neminē̄ ꝯcuciatiſ
ſcʒ ꝑ violentiā. neq̄ʒ calūniam faciatis ſcʒ ꝑ frau
dulentā maliciā. Et contenti eſtote ſtipendiis ve
ſtris  Ambro. Docens ideo ſtipendia milicie cō
ſtituta. ne dum ſūptus queriꝰ. ꝓ̄do graſſeꝰ  Gre
go. Nazianzenus. Stipendiū em̄ appellat imperia
lem ꝓuiſionē̄ et deputata ꝑ legem dignitatibus
munera  Aug⁹. ꝯtra fauſt. Sciebat em̄ eos cuʒ
militarēt non eſſe homicidas. ſʒ miniſtros legis ⁊
non vltoꝛes iniuriaꝝ ſuaꝝ. ſʒ ſalutis publice de
fenſoꝛes. alioq̄n reſpōderet eis Arma abiicite mi
liciam iſtam deſerite neminē̄ ꝑcutite vulnerate ꝓ
ſternite. Quid em̄ culpaꝰ in bello. an q2 moꝛiunꝰ
q̄nq̄ʒ moꝛituri. vt domenꝰ in pace victuri. hoc re/
ꝓ̄hendere timidoꝝ eſt. nō religioſoꝝ. nocendi cu
piditas. vlciſcendi crudelitas. impacat⁹ atq̄ʒ im/
placabilis anim⁹. feritas rebellandi. libido dn̄an
di. et ſi q̄ ſimilia. Hec ſūt q̄ in bellis iure culpanꝰ.
q̄ pleruq̄ʒ vt eciā inde puniāꝰ aduerſus violen/
ciam reſiſtenciū. ſiue deo ſiue aliq̄ legittimo impe
rio iubente. gerenda ip̄a bella ſuſcipiunꝰ a bonis
cum in eo rerum huānaꝝ oꝛdine inueniunꝰ. vbi
eos vel iubere tale aliq̄d vel in talibus obedire iu
ſte ip̄e oꝛdo ꝯſtringit  Criſ. ſup math. volebat
aūt iohes q̄n publicanis et militibʒ loquebatur
ad aliā maioꝛē philoſophiā ipſos traducē̄. Sed
qm̄ nondū erāt ad illa idonei. minoꝛa reſerat. ne ſi
potioꝛa ꝓferret nequaq̄ illis intenderēt. et his
etiā priuarenꝰ.

**Existimante aūt pplo et cogitātib⁹ omibʒ in coꝛdibʒ ſuis ð iohe ne foꝛte ipſe eſſet xp̄s**

**Rñdit iohes dicēs oībus Ego quideʒ baptizo vos in aqua venit em̄ foꝛcioꝛ me poſt me cui⁹ non ſum dignus ſoluere coꝛrigiā calciamētoꝝ ei⁹ Ipſe vos baptizabit in ſpū̄ ſancto et igne cui⁹ ventilabrū in manu eius et ꝑmūdabit areā ſuam et ꝯgregabit triticuʒ in hoꝛreū ſuum paleaſ auteʒ conburet igne inextinguibili.**

Orige. dignū erat
vt plus iohi q̄ ceťis
hominibus deferreꝰ.
qui aliť q̄ cūcti moꝛ
tales vixerat. Quam
ob cauſā diligebant
quidē̄ eum iuſtiſſime
ſed non ſeruabant in
caritate modū. vnde
dr̄. exiſtimāte aūt po
pulo et cogitantibʒ
omnib⁹ in coꝛdibus
ſuis de iohe ne foꝛte
eſſet xp̄s.  Ambro.
Quid aūt ineptiuſ q̄
q2 is qui in alio eſti/
matur in ſeip̄o eſſe n̄
crediꝰ. quē ꝑ mulie/
rē̄ venturū putabāt
ꝑ v̄ginem veniſſe n̄
credūt. Et vtiq̄ʒ di/
uini aduent⁹ ſignum
in v̄ginis ꝑtu nō in
mulieris ꝯſtitutuʒ ē̄
Orige. Habet aūt
piculū dilectō. ſi mo
dum trāſeat Debet ei
q̄ aliquam diligit na
turā ⁊ cauſas cōſide
rare diligendi. et non plus diligē̄ q̄ mereꝰ. Nam
menſurā caritatis modūq̄ʒ ſi tranſcēderit. et q̄ di/
ligit. et qui diligiꝰ. in peccato erūt  Greg. Vn̄
iohes non fuit gloꝛiatus i habita opinioē ð ip̄o
ab omibus. nec aliq̄ten⁹ viſus ē̄ ꝓ̄matū appetere
ſʒ infimā hūilitatē̄ amplex⁹ eſt. vn̄ ſequiꝰ. Rñdit
iohes dicens oibʒ ego quidē̄ baptizo vos in aq̄.
Beda. quō aūt reſpōdit eis q̄ in decreto coꝛdis
qui xp̄s eſſet cogitabāt niſi q2 nō ſolū cogitabāt
ſʒ etiā ſic alius euāgeliſta declarat. miſſis ad euʒ
ſacerdotibʒ ac leuitis an eēt xp̄s inq̄rebāt  Am
bro. vel videbat iohes coꝛdis occulta Sʒ ꝯſidere
mus cuius grā dei munus ē̄ qui reuelat. non v̄tuſ
hoīs q̄ diuio mag̃ adiuuaꝰ bn̄ficio q̄ naturali cer
nit officio Cito aūt rn̄dens ꝓbauit non eē̄ ſe xp̄m
q̄ viſibili opeꝛ officio. Nam cum ex duabʒ naturis
id ē̄ ex aīa homo ſubſiſtit et coꝛpe. viſibile ꝑ viſi/
bilia. inuiſibile ꝑ inuiſibilia miſterium ꝯſecratur
aqua em̄ coꝛpus abluiꝰ. ſpū̄ anime delicta mūdā
tur licet eť in ip̄o fonte ſācꞇificacō diuinitatis aſpi
ret. et ideo aliud fuit baptiſma penitencie Aliud
eſt grē. Iſtud baptiſma ex vtroq̄ʒ. illud ex vno
opus hoīs eſt gerere penitētiā delictoꝝ. Dei mu
nus ē̄ graciā implere miſterij. Declinans ḡ maie/
ſtatis inuidiā non v̄bo ſʒ ope declarauit non eſſe
ſe xp̄m. vn̄ ſequiꝰ. Venit. n. foꝛcioꝛ me poſt me.
in hoc q̄ dicit foꝛcioꝛ me. ꝯparacionē̄ non fecit.
neq̄ʒ em̄ int̄ dei filiū et hoiem vlla poterat eē̄ cō
pacō. ſʒ q2 mlťi foꝛtes foꝛtioꝛ nēo n̄ xp̄s. Demq̄ʒ
non fecit ꝯpacionē̄ eo q̄ addiderit. Cuius non ſū
dignus ſoluere coꝛrigiā calciamētoꝝ eius.  Au
g⁹. de con euan. Mathe⁹ quidē̄ dicit. Cui⁹ nō ſū
dignus calciamēta poꝛtare. Itaq̄ʒ ſi ad rem ꝑti/
net ad aliq̄d aliud intelligē̄ in eo q̄ dictū eſt calci
amēta poꝛtare. et coꝛrigiā calciamētoꝝ ſoluere.
vt vn⁹ euāgeliſtaꝝ hoc. alij aliud dicerēt omēs
veꝝ narrauerūt. Si aūt nihil intendit iohes cū
de calciamētis dn̄i diceret. niſi excellenciā eius et
hūilitatē̄ ſuam. q̄dlibet hoꝝ dixerit. ſiue de ſoluē̄
da calciamētoꝝ coꝛrigia. ſiue de poꝛtādis calcia
mentis. eandē̄ tn̄ ſētenciam tenuit. Quiſquis etiaʒ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

verbis ſuis p calciamẽtoꝝ memoriã eandẽ ſigni
ficacõz hũilitatis exp̃ſſit  Ambro •p hoc eẽ q̃
dici• Cuius nõ ſũ dignus calciamẽta portare euã
gelice p̃dicacõis oñdit in app̃los grãm eſſe col=
latam qui ſũt calciati in euãgeliũ• Videt̃ tñ iõ ẞ
dicẽ q̃ plerũqz iohẽs pſonã accipit ppli iudeoꝝ
Gre• Sed et iohẽs ſe indignũ eẽ ad ſoluendũz
corrigiã calciamẽti eius denũciat• ac ſi apte dicat•
Ego redẽptoris veſtigia denudare non valeo qui
ſpõſi nomẽ mihi imeritus non vſurpo• Mos enim
apud veteres fuit• vt ſiquis eam q̃ ſibi opeteret
accipe nollet vxorẽ• ille ei calciamẽtum ſolueret• qui
ad hanc ſponſus iure ꝓpinq̃tatis veniret• vel q̃z
calciamẽta ex mortuis aĩalibz ſiũt incarnatus dñs
q̃ſi calciat9 apparuit• q̃ morticina nr̃e corrupcõis
aſſumpſit Corrigia ḡ calciamẽti eſt ligatura miſte
rij iohẽs itaqz ſoluẽ corrigiã calciamẽti e9 nõ valet
quia incarnacõis miſteriũz• nec ipſe inueſtigare
ſufficit• q̃ hãc p ꝓphecie ſpiritũ agnouit  Criſ•
Et q̃z dixerat q̃ ſuũ baptiſma nihil plus hr̃et q̃
aquã• ↄſequent̃ oñdit excellẽciã exhibiti p xp̃m
baptiſmatis• cum ſubdit• Ipſe vos baptizabit in
ſpũſancto et igne• p ipſã dicti metaphorã oſtẽ
dens abũdanciã gr̃e• non enĩ ait• Dabit vob̃ ſpũz
ſanctũ• ſz baptizabit• ac rurſus p id q̃d dr̃ igne ſubij
cit oſtendit ṽtutem gr̃e et ſic xp̃s aquam vocat
ſpũs graciã• oſtendẽs p vocabulũ aque nitorez
qui ↄtingit ex ea• et ↄſolacionẽ imenſã que menti
bus capacibz illius ingerit̃• Sic et iohẽs p ignis
vocabulũ exp̃mit feruorẽ et rectitudinẽ gr̃e• nec
non et peccatoꝝ ↄſumacionẽ  Beda• Poteſt et
ſpũſſanctus noĩe ignis ſãctificatus intelligi• q̃z
incendit p amorẽ et p ſapientiã corda q̃ replet •
illuminat• vñ et apoſtoli baptiſma ſpũs in ignis
viſione pcipiũt• Sunt q̃ ita exponũt• q̃ in p̃nti i
ſpũ et in futuro baptizaremur i igne vt videlicet
ſic in remiſſionẽ oĩm peccatoꝝ ex aqua et ſpũ re=
naſcimur• ita et tũc de leuibz quibuſdã peccatis
purgatorij ignis baptiſmate mũdemur  Orig•
Et quõ iohẽs iuxta iordanẽ fluuiũ venientes ad
baptiſmũ p̃ſtolabat̃ et alios abigebat dicẽs• ge
neracõ vipaꝝ• Eos vero qui ↄfitebant̃ peccata
ſuſcipiebat Sic ſtabit in igneo flumie dñs ihẽſus
iuxta flammeã rumpheã• vt quicũqz p9 exitũ vi=
te hui9 ad padiſũ trãſire deſiderat• et purgacõe
indiget• hoc eum lauamie baptizet• et ad padiſũ
trãſmittat• eum ṽo qui nõ habet ſignũ p̃oꝝ bap
tiſmatũ lauacro igneo non baptizet  Baſil• Non
aũt ꝓpẽ hoc q̃ dicit• Baptizabit vos in ſpũſancto
integrũ quis eſſe baptiſma fatebit̃• in quo nomẽ
ſolius ſpũs inuocatũ eſt• Oportet enĩ ſp illibitã ma
nere aſſignatã tradicõnem in viuificãte gracia•
Nam addere vel minuere quicq̃• excludit a vita
perpetua• ſicut enĩ credim9 ſic et baptiſma ſuſci/
pimus• in noĩe patris et filij et ſpiritusſancti•
Orige• Per hoc ḡ q̃ dicit• baptizabit in ſpũſan/
cto• oſtendit abũdanciã gracie et beneficij copiã
Ne aũt aliqui putent q̃ dona largiri et poteſtas
et volũtas eſt creatori• punire ṽo inobedientes
nullam ſibi fore cauſã• ob hoc ſubdit• cui9 vẽtila
brum in manu eius oſtendẽs q̃ non ſolũ munific9
eſt dignis• ſed etiã p̃uaricacionũ vltor• Ventila=
brum aũt ꝑmtitudinẽ iudicij exp̃mit• non enĩ cuz
inducijs• ſz in inſtanti et abſqz quolibet interuallo
ſeparat damnãdos a collegio ſaluãdoꝝ  Ciril•
Per id aũt q̃ ſubdit• Et pmũdabit aream ſuaz• de
ſignat baptiſta eccleſiã ptinere ad xp̃m q̃ſi ad do
minũ  Beda• Per areã enĩ• p̃ns eccleſia figurat̃
in qua multi ſũt vocati• pauci ṽo electi cui9 aree
purgacõ et nũc viritim gerit̃• cum quiſqz p̃uſus
vel ob maifeſta peccata de eccleſia• ſacdotali ca=
ſtigacõe eijcit̃• vel ob occulta poſt mortẽ diuina
diſtrictione damnat̃• Et vniũſaliter in fine pficie
tur• qñ mittet fili9 hoĩs angelos ſuos et colligẽt
de regno eius oĩa ſcandala  Ambro• Ventilabri
ergo indicio diſcriminãdoꝝ dñs declarat̃ ius ha
bere meritoꝝ• eo q̃ dum frumẽta ventilant̃ i area
plena a vacuis velut quodã aure ſpirantis exami
ne ſepantur• vñ ſequit̃• Et ↄgregabit triticũz in
horreũ ſuũ paleas aũt cõburet igne inextinguibi
li• p hanc aũt opacionem dñs oſtendit q̃ iudicij
die• ſolida merita• fructuſqz ṽtutis ab inanis iac=
tancie exilitqz factoꝝ infructuoſa leuitate diſcer
nat• pfectioris meriti viros locaturus in mãſiõe
celeſti• Ipſe• n• pfectior fructus ẽ• qui meruit ei9
eſſe ↄformis• qui ſic granũ tritici excidit• vt pluri
mos fructus afferret  Ciril• At palee lentos et
inanes ſignant et quolibz vento peccati ventila/
tos ꝛ volubiles  Baſil• Conferũt aũt his qui di
gni ſũt regno celoꝝ velut palee tritico non tñ in
tuitu diuine caritatis et ꝓximoꝝ hoc faciũt• ſiue
ſpiritalibz bonis ſiue corpalibz beneficijs  Orig•
Vel q̃z abſqz vento non poſſunt triticum et palee
ſepari• Ideo habet ventilabꝝ in manu ſua quod
alios paleas alios triticũ eſſe demõſtrat• Cum ei
eſſes palea leuis ſcz incredulus• oñdit te eſſe tẽp
tacio q̃d latebas• Cum aũt fortit̃ tẽptamenta tol
leraueris• non te facit fidelẽ temptacõ atz paciẽ
tem• ſed ṽtutem q̃ in te latebat• ꝓfert in mediũz
rei·Nunc vero quoniam dixit · Ego ſum·oſtendit
ꝙ viuencīū eſt deus dominus·Et hoc eſt quod ſub
ditur·Deus autem non eſt mortuoꝝ·ſ; viuorum·
omnes enī viuūt ei·Quamuis enim exanimes ſunt
viuunt tamen apud deum in ſpe reſurgendi·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Beda· Vel hoc dicit·vt cum probauerit ani=
mas permanere poſt mortem·quod ſaducei nega
bant·conſequens introduceretur ⁊ corpoꝝ reſur
rectio·que cum animabus bona·malave geſſerūt
Eſt autē vera vita·qua iuſti deo viuūt· eciam q̄n
de corpore moriuntur·Ad comprobandam autem
reſurrectionis veritatem·multo manifeſtioribus
exemplis ex ꝓphetis vti valuit·ſed ſaducei quiq3
tm̄ libros moyſi recipiebant·Propletaꝝ vatici=
nia reſpuentes· Criſo·Sicut autem ſancti com
munem orbis dn̄m ſibi appropriant·non derogan
tes eiꝰ domino·ſed ꝓprium affectum pandentes·
ſcd̄m morem amancium qui non paciuntur cū multiſ
diligere·ſed volunt precipuā ⁊ ſpecialem quan=
dam dilectionem exprimere·Sic et deus ſpeciali=
ter ſe horum deum dicebat·non coartando ſuuz do
miniū·Sed ampliando·Non eniz ſic multitudo ſub
ditorum·ſicut virtus famulancium pandit eius do
minium·Vnde non ſic gaudet dici deus celi ⁊ ter=
re·ſicut cum dicitur·Deꝰ abraham deꝰ iſaac·⁊ de
us iacob·Et apud mortales quidez a dominis de
nominantur famuli·Dicimus em̄ villicus talis du=
cis·E contrario autem deꝰ dicitur abrahe· The
ophilus·Confutatis autem ſaduceis·Fauent ihe=
ſu ſcribe tamq̄ ſaduceoꝝ oppoſiti· Vnde ſequitur
Reſpondentes autem quidam ſcribaꝝ dixerunt
Magiſter bene dixiſti· Beda· Et quia in ſmoni
bus confutati ſūt· vltra non interrogant· Vnde
ſequitur·Et ampliꝰ non audebant eum quicq̄ in=
terrogare·ſ3 cōprehenſū· Romane tradunt pote
ſtati·Ex quo intelligimꝰ venena inuidie poſſe qui
dem ſuperari·ſed difficile conquieſcere·

**Dixit autē ad illos Quomodo dicunt cri=ſtum filium dauid eſſe Et ipſe dauid dicit in libro pſalmoꝝ· Dixit dominus domino meo· ſede a dextris meis Donec ponā inimicos tu=os ſcabellum pedū tuorum·Dauid ergo eū dominum vocat ⁊ quomodo filius eius eſt·**

Theophi·Quam
uis dominus ad paſ=
ſionem erat iturus ī
breui·predicat ꝓpri
am deitatez·Nec hoc
tamē incaute aut ar=
roganter·ſ3 modeſte
querit·Vnde dicitur
Dixit autem ad illos
Quomodo dicunt cri
ſtum filium dauid eſ=
ſe· Ambroſius·Nō
reprehenduntur hoc
loco quia dauid filiū
confitentur quia ce/
cus ille·Dauid filiuz
confitendo meruit ſa
nitatem·Et pueri di
centes·Oſanna filio dauid·precelſe predicaciōis
gloriam deo deferebant·ſ3 reprehenduntur quia
non credūt filium dei·Vnde ſubdit·Et ipſe dauid
dicit in libro pſalmoꝝ·Dixit dominꝰ domino meo
Et pater dominus ⁊ filius dominus·ſed non duo
domini·ſed vnus eſt dominus·quia pater in filio
et filius in patre·Ipſe ad dexteraz patris ſedet·
quia patri conſors nulli ſcd̄us eſt·Sequitur em̄
Sede a dextris meis·Nec prefertur qui ad dextrā
ſedet·nec iniuriam patitur qui admittit̄·gradus
non queritur dignitatis·vbi plenitudo ē diuini
tatis· Auguſtinus·de ſimbolo·Seſſione autem
iſta non accipiamus humanis membris poſitum·
tamq̄ pater ſedeat in ſiniſtra·et filius ſedeat ad
dextram·ſed ipſā dextram intelligamꝰ poteſtatē
quam accepit ille homo ſuſceptus a deo vt veni=
at iudicaturꝰ qui primo venerat iudicandus Ci
rillus·Vel q̄ ſedet ad dextraz patris ſupernā eiꝰ
gloriam probat·Nam quoꝝ eſt tronus equalis ⁊
maieſtas·Seſſio vero in deo ſignificat regnum ⁊
omniū poteſtatem·Sedet ergo a dextris dei pa=
tris quia verbum ex paterna ſubſtancia prodiēs
factum caro diuinam non exuit dignitatē Theo
phi· Manifeſtat ergo q̄ aduerſarius patris non
eſt·ſ3 ſecum concordat·cum pater repugnet ad=
uerſarijs eiꝰ·Sequitur em̄·Donec ponā inimicos
tuos ſcabellum pedum tuoꝝ· Ambro·Ergo et
deum criſtum·⁊ hominem eſſe credamꝰ·cui a pa=
tre ſubiciūtur inimici·non ꝑ infirmitatez poteſta
tis ſue·ſed per vnitatem nature quia in altero al
ter operatur·nam ⁊ filiꝰ ſubijcit inimicos patri·
quia patrem clarificat ſup terram Theophilꝰ
Querit ergo ipē·et mota dubitacione·ſinit illos
colligere qđ ſequit̄·Vnde ſubdit·Dauid ergo do
minum illū vocat et quomodo filiꝰ eſt eius· Cri
ſoſtimꝰ·Dauid quidaz pater criſti ⁊ ſeruus ꝭ qui
dem ſecundū carnem·illud ſcd̄m ſpiritū· Chri·
Et nos ergo nouis phariſeis·qui nec verum dei fi
lium·neq3 deum eſſe fatent̄ natuz ex ſacra virgi=
ne·ſed diuidūt vnum filium in duos talem obicie=
mus queſtionem·quo pacto filius dauid dominꝰ
eiꝰ eſt·⁊ non humano domino ſed diuino·

Criſoſtimus·nic
hil autem eſt forciꝰ
q̄ ex ꝓphis diſputa
re·Hoc enim eſt et
ipſis rebus validius
Naz xp̄o faciente mi
racula cōtradicebāt
multociens·cum ve=
ro allegauit ꝓphecīā
tacuerunt·quia non
habebant quid dice=
rent·Eis autem ta=
centibus contra eos
inuehitur·Vnde dr̄
audiente autē oī po
pulo dixit diſci ſuis

**Audiente autē omni populo·dixit diſci=pulis ſuis·Attendite a ſcribis qui volūt ambu'are ī ſtolis·⁊ amāt ſa'utaciones ī foro·⁊ primas cathedras in ſinagogis·et primos diſcubitus in conuiuijs qui deuorant domos viduaruz ſimulantes longam oracionē hij accipient maiorez dānacionem·**

Theophi·Quia
enim eos orbis doc/
tores mittebat·me=
rito monet non eſſe
eis imitandā phiſeo
rum ambicionem·Vnde ſequitur·Attendite a ſcri
bis qui volunt ambulare in ſtolis· Beda·Id eſt
cultioribus veſtimētis induti ad publicum ꝓce=
dere·In quo inter cetera diues peccaſſe deſcribi
tur· Cirillus·Paſſiones autem erant ſcribarum
amor glorie inanis et lucri·vt igitur taz peſſima
crimina euitarent diſcipuli·cōmonet eos ſubdens
Et amant ſalutaciones in foro· Theophi'us
Quod eſt a blādientibus venancium opinionē fame
Vel agūt hoc cauſa congregande pecunie·Sequi
tur·et primas cathedras in ſinagogis·⁊ primos

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

diſcubitus in conuiuijs· Beda· Non primos ſe=
dere vel diſcumbere vetat eos quibus hoc officij
ordine competit· ſed eos qui hoc indebite amant·
docet eſſe cauendos· animum vel gradum redar=
guens· quamuis a hoc culpa non careat· ſi idē in
foro litibus velint intereſſe · q̄ in ſinagoga magi
ſtri deſiderant appellari· Duplici autem racione a
vane glorie cupidis attendere iubemur· ne vel co
rum ſimulacione ducamur eſtimantes bona eſſe q̄
faciūt· vł emulacione inflāmemur· fruſtra gaudē
tes in bonis laudari que ſimulant· Non ſolum aūt
laudes ab hominibꝫ· ſed et pecunias querūt· Se
quitur· n· Qui deuorant domos viduaꝝ ſimulan=
tes longam oracionem· Juſtos enim et magni me
riti apud deum ſe ſimulantes · ab infirmis et pec
catorum ſuorum conſciencia turbatis· q· patro=
ni pro eis in iudicio futuri· pecunias accipere non
dubitant· Cirillus· Jnurgitantes eciam ſe vi=
duarum bonis paupertatem atterūt nō qualiter
cumqꝫ comedentes· ſed deuorantes et ad prauita=
tem oracione vtentes· quod grauiori pena facit
eos obnoxios· vnde ſequitur· Hij accipient maio=
rem damnacionem· Theophi· Quia non ſolum
mala faciunt ſed et oraciones p̄tendunt· et virtu=
tem faciunt prauitatis excuſacionē· Viduas eciam
depauperant· quaꝝ oportebat miſereri dū ob ſui
preſenciam eas cogunt exponere Beda· Vel qꝛ
laudes ab hominibus a pecunias querunt· maio
ri damnacione plectuntur·

## CAPI ·XXI·

Reſpiciens autem vi=
dit eos · q̄
mittebāt
munera ſuā i gazophi
lacium diuites· Vidit
autem et quandam vi
duam pauperculam
mittentem era minu=
ta duo· Et dixit· Ve=
re dico vobis quia vi
dua hec pauper· pluſ
ꝙ omnes miſit · Nam
omnes hij ex abundan
ti ſibi miſerunt in mu=
nera dei· hec autē ex
eo quod deeſt illi· om=
nem victum ſuum quē
habuit miſit·

Gloſa poſtquā
dominus redarguit
ſcribarum auariciā
qui domos viduarū
deuorabāt · cōmēdat
vidue elemoſinam ·
Vnde dicitur· Reſpi
ciens autē vidit eoſ
q̄ mittebant munera
ſua i gazophilaciū
diuites· Beda· qꝛ
ſermone greco phi=
laxe ſeruare dicitur
a gaza lingua pſica
diuicie vocantur· ga
zophilacium locꝰ ap
pellari ſolet quo di=
uicie ſeruantur· Erat
autem· Arca foramē
habens deſuper poſi
ta iuxta altaē ad dex
tram ingredientibꝫ
domū dn̄i · Jn quā
mittebāt ſacerdotes
qui cuſtodiebant ho
ſtia omnem pecuniā
que deferebatur ad
templū domini· Do
minus autem ſicut operantes in domo ſua diſcutit
ita et dona ferentes reſpicit· a quem dignū vide
rit· laudat ·quem reprobū· damnat·· Vnde ſequi=
tur· Vidit autem et quandam viduam paupercu=
lam mittentem era minuta duo· Cirillus· Duos
obolos offerebat quos cum ſudoribus ad diurnū
victum acquiſierat · Vel que quotidie per aliena
poſcit ſuffragia deo donat oſtendens ei ſuam pau
pertatem fructiferam· vincit igitur alios et iuſta
cenſura coronat̄ a deo· Vnde ſequitur· Et ait illis
Vere dico vobis· quia vidua hec pauper pluſq̄
omnes miſit· Beda acceptabile enim eſt deo q̄c
quid bono animo obtulerimus· qui cor et non ſub
ſtanciam penſat · nec perpendit quantum in eius
ſacrificio· ſed ex quanto proferatur· Vnde ſequit̄
Nā omnes hij ex habundanti ſibi miſerunt in mune
ra dei· hec autem ex eo quod illi deeſt· omnem vic=
tum quem habuit miſit· Criſoſtimus· Non enim
paucitatem oblati· ſed copiam affectus intuitꝰ ē
deus· Non eſt elemoſina ex pluribus pauca impē=
dere· ſed illud vidue que totam ſibi euacuauit ſub
ſtanciam· Quod ſi nequis tm̄ offerre ſicut a vidua
offer ſaltem totum ſuperfluū· Beda· Miſtice
autem diuites qui in gazophilacium munera mit
tebant ſignificant iudeos de iuſticia legis electos
Vidua pauper eccleſie ſimplicitatē que pauper
cula vocatur· quia vel ſuperbie ſpiritū vel pecca
ta tamq̄ mūdi diuicias abiecit· Vidua vero· quia
vir eius ꝓ ea mortem ptulit· Hec in gazophila=
cium duo era minuta mittit · quia in cōſpectu dei
apud quem noſtri operis oblaciones conſeruant̄
munera ſua defert· ſiue dilectionem dei a proximi
ſiue fidei a oracionis· que cunctis ſuperboꝝ iude
orum operibus preſtant· Ex abundanti em̄ in mu
nera dei immittūt iudei· qui de iuſticia ſua preſu=
munt· Eccleſia autem omnem victum ſuū mittit ·
quia omne quod viuit· dei eſſe muneris intelligit
Theo· Vel vidua poteſt intelligi quelibet am
ma· orbata quaſi primo viro priſtina lege · a non
digna copule verbi dei · que loco arre offert deo
fidem et conſcienciam bonam· plus videtur offer=
re diuitibus in ſermone· et ſuperfluentibus mora
libus gentiliū ꝟtutibus· Euſebius· Quod
ſpectanda forent · q̄
pertinebant ad tem
pli ſtructuram mani
feſtant hyſtorie et
hucuſqꝫ quedam con
ſeruantur reliquie ·
quibus percipiunt̄ ·
que dudum erant fa
bricaꝝ veſtigia· Sꝫ
dominus mirantibus
templi fabricas pro
mulgauit qꝫ in eo la=
pis ſuper lapidem n̄
maneret· Dicitur em̄
Et quibuſdam dicen
tibꝫ de templo qꝫ la=
pidibꝫ bonis et doniſ
exornatuꝫ eſſet dixit
Hec que videtis ve
nient dies· in quibuſ
non relinquetur la=
pis ſuper lapidem ·
qui non deſtruatur·
Decebat enim locum

Et quibuſdaꝫ dicē
tibus de templo qꝫ la=
pidibus bonis et do=
nis exornatū eſſet dix
it· Hec que videtis· ve
nient dies· in quibꝰ nō
relinquetur lapis ſup
lapidē qui non deſtru
atur· Jnterrogauerūt
autem illum dicentes
Preceptor quādo hec
erunt· et quod ſignum
cum fieri incipiēt· qui
dixit· videte ne ſedu=
camini· multi em̄ veni=
ent in nomine meo di=
centes quia ego ſum ·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

**et tempus appropin=
quabit· Nolite ergo
ire poſt illos·**

illum propter culto
rum audaciam omni=
modam deſolacionē
pati· Beda· Diui=
na eciam diſpenſacio
procurauit ut ciuitas ipſa ⁊ templum ſubuerte=
retur·ne quis forte adhuc paruulꝰ in fide vidēs
illa ſtare·dū ſacrificiorum ritū attonitus ſtupet
raperetur intuitu· Ambroſiꝰ· Verum igitᷣ dic
tum eſt de templo manufacto qꝛ eſſet ſubuerten=
dum·nichil enī eſt manufactū·quod·non aut fetu
ſtas conficiat·aut vis ſubruat·aut ignis exurat·
Tn̄ eſt ⁊ aliud templum·ſ·ſinagoga·cuiꝰ ſtructu
ra vetus eccleſia ſurgente diſſoluitur·Eſt eciaꝫ tē
plum in vnoquoqꝫ·quod deficiente fide labitur·
⁊ maxime·ſi quis falſo criſti nomine obtēdat·quo
interiorem expugnet affectum Cirillus·Nequa
quam autem diſcipuli aduerterant vim dictorum
ſed arbitrabantur de conſumacione ſeculi dictum
eſſe·Et ideo querebant quo tempore deberent ac
cidere·Vnde ſequitur· Interrogauerunt autem
illum dicentes·Preceptor· quando hec erunt· et
quod ſignum cum fieri incipient· Ambro·Ma=
theus terciam interrogacionem addidit·vt et tem
pli tempora deſtruendi·et ſignum aduentꝰ· ⁊ cō
ſumacio ſeculi a diſcipulis quereretᷣ·Interroga=
tus aūt dominꝰ quando templi futura eſſet deſtru
ctio·et quod ſignum eſſꝫ eiꝰ aduentꝰ De ſignis do
cet de tempore non curat intimandum· Sequitur
enī·Qui dixit videte ne ſeducamini· Athana·
Cum enim ſint nobis a deo cariſmata ⁊ dogmata
q̄ ſūt ſup hoīeꝫ ēditia ſcilicet celeſtis ꝯuerſaciōis
forma·virtus contra demones ⁊ adopcō ⁊ noti
cia patris et verbi·⁊ ſpiritus ſancti donum·Ad/
uerſarius noſter dyabolus circuit· querens nobis
ſubripere inſita ſemina verbi·Dominꝰ aūt tamq̄
ſua precioſa dona in nobis ſua documēta cōcludēſ
monet ne ſeducamī·Magnū aūt quoddaꝫ donū tri
buit nobis dei verbū·vt non ſolum ex apparenti=
bus non decipiamur·ſed eciam ſiqua latencia ſint
dijudicemꝰ p ſpiritus graciam· Cum enī ſit odio
ſus dyabolus inuentor malicie·hoc quod ipſe eſt·
occultat·Nomen vero cunctis cupitū ſimulat cal
lide· puta ſiqs ſubicere ſibi volens filios alienos
parentibꝫ abſentibꝫ fingat eoꝝ vultꝰ et filios deſi
derātes ſeducat· ꝗ in vnaqꝗꝗ hereſim dyabolꝰ fi
guratꝰ dicit·Ego ſū xp̄s·⁊ apud me veritas ē·Vn̄
ſequitur·Multi enim venient in nomine meo dicē
tes·quia ego ſum·et tempus appropinquabit·
Cirillus ante ſuum enī deſcenſum de celo preue=
nient aliqui·quibus acquieſcere non oportet·Vo
luit enī vnigenitum verbum dei cum venit vt mū
dum ſaluaret·latere· vt crucem ſuſtineret ꝑ nob
Sed ſecundus eius aduentus non erit clanculo·vt
ante·ſed terribilis et manifeſtus· deſcendet eniꝫ ī
gloria dei patris miniſtrantibus angelis vt mun
dum in iuſticia iudicet·Vnde concludit· Nolite er
go ire poſt illos· Titus·Vel forſitan non dicit
pſeudo xp̄os ante cōſumacionem venientes·ſꝫ eos
qui fuere tempore apoſtolorum· Beda·Multi
enim imminente hieroſolimoꝝ excidio principes
extitere·qui ſe dicerent eſſe criſtos·tempuſqꝫ li=
bertatis appropinquare· Multi eciam in eccleſia
hereſiarche diem domini inſtare predicarunt· qs
apoſtolus ad·Theſſa·damnat· Multi eciam in no
mine criſti venere antixp̄i·quoꝝ primus eſt ſimō
magus·cui dicebant·hic eſt virtus dei que voca=
tur magna·

**Cum autem audie
ritis p̄lia ⁊ ſediciones
nolite terreri· Opor=
tet primum hec fieri·
ſed nondum ſtatim fi=
nis· Tunc dicebat il
lis· Surget gens con
tra gentem et regnū
aduerſus regnum · et
terremotus magni e=
runt per loca et peſti
lencia et fames· ter
roreſqꝫ de celo et ſig
na magna erunt·**

Gregoriꝰ· in ho
me·Perituri mūdi p̄
currencia mala denū
ciat dominus· vt eo
minꝰ perturbent ve
niencia· quo fuerint
preſcita·Minus eniꝫ
iacula feriunt·que p̄
uidentur·Vnde dicit
Cum autem audieri=
tis prelia ⁊ ſedicio=
nes · nolite terreri·
Bella ad hoſtes per
tinent·ſediciones ad
ciues· Vt ergo nos i
dicet exterius inte=
riuſqꝫ turbari· aliud
nos fatetur ab hoſti
bus aliud a fratribꝫ
perpeti· Ambro·
Verborum autem ce
leſtiuꝫ nulli magiſqꝫ
nos teſtes ſumus·quos mundi finis inuenit· quā
ta prelia·et quas opiniones accepimus prelioruꝫ
Gregorius in home·Sed his malis preuenien=
tibus qꝛ non ſtatim finis ſequatᷣ adiungitᷣ·Opor
tet hec primum fieri·Vltima enim tribulacio mul=
tis tribulacionibus ꝓuenitur· quia multa debent
mala precurrere ·vt malū valeant ſine fine nūcia
re·Vnde ſequitᷣ·Tunc dicebat illis·Surget gēs
contra gentem·et regnum aduerſus regnū· Quia
neceſſe eſt vt alia ex celo·alia ex terra alia ab ele/
mentis·alia ab hominibus paciamur hic ergo ſig
natur perturbacio hominū·Sequitᷣ· Et terremo
tus magni erunt per loca·Ecce reſpectus ire deſu
per· Criſo·Terremotus enī quādoqꝫ ire ſignū
eſt·Nam et quando crucifixus eſt dominꝰ· mota ē
terra·Quandoqꝫ vero ꝓuiſionis indiciū·ſicut orā
tibus apoſtolis commotus eſt locus in quo erant
congregati·Sequitur·Et peſtilencie· Grego·
in home · Ecce inequalitas corpoꝝ et fames ecce
ſterilitas terre · terroreſqꝫ de celo ⁊ ſigna mag=
na erunt·ecce inequalitas aeris quod ad eas tem
peſtates referendum eſt·que nequaq̄ ordinē tē=
porum ſeruant· Que enī ordinate veniunt ſigniꝫ
non ſunt·Omnia autem que ad vſū vite accepimꝰ
ad vſum conuertimus culpe · Sed cuncta que ad
vſum prauitatis inflexinius·ad vſum nobis ver=
tuntur vlcionis· Ambroſiꝰ·Occaſum ergo ſecu
li precedunt quedam egritudines mūdi·ſ·fames
peſtilencia et perſecucio· Theophilus·Quidaꝫ
autem hec non ſolum in cōſumacione futura·ſed ⁊
tempore capcionis hieruſalem fuiſſe impleta vo=
luerunt·Autore namqꝫ pacis perempto · merito
in eis ſediciones et bella locum habuerunt·Ex bel
lis autem peſtis ⁊ fames conſequitur· hec quideꝫ
aere cadaueribꝫ infecto· illa incultis manētibus

agris. Sed ⁊ ioſephꝰ intolerabiles erumnas eue niſſe recitat ꝓpter famem. ⁊ tempore Claudij ce ſaris fames inualuit vt in actibus legit̄. Et pluri ma terribilia contigerunt capcionem hieruſalem indicancia. vt ioſephꝰ narrat. Criſoſto. Dicit autem ꝙ non ſtatim finis ciuitatis eueniet. vt ſcili cet hieroſolima capiatur. ſed poſt prelia multa. Beda. admonent̄ur eciam apoſtoli ne terreant̄ hijs precurrentibus. ne hieroſolimam iudeamqꝫ d ſerant. Poteſt autem regnum contra regnū ⁊ pe ſtilencia eoꝝ quoꝝ ſermo ſerpit. vt cancer. ⁊ fa mes audiendi verbi dei. ⁊ commocio vniuerſe ter re. ⁊ a vera fide ſeperacio. eciam in hereticis intel ligi. qui contra ſemuicem dimicantes. eccleſie vic toriam faciunt. Ambroſius. Sunt autez et alia bella que vir ſuſtinet criſtianus. diuerſaruz quoqꝫ prelia cupiditatū ſtudiorumqꝫ conflictus. Multo eciaz grauiores ſūt domeſtici hoſtes ꝙ̄ extranei.

**Sed ante hec omīa inijcient vobis manus ſuas et perſequentur tradētes i. ſinagogas et cuſtodias. trahentes ad reges et p̄ſides propter nomē meum. Continget autem vobis in teſtimoniū. Ponite ergo in cordibus veſtris non premeditari queādmodum reſpondeatis. Ego em̄ dabo vobis os et ſapientiam. cui non poterunt reſiſtere et cōtradicere omēs adūſarij veſtri. Trademini aūt a patribus et fratribꝫ et cognatis et amicis et morte afficiēt ex vobis. Et eritis odio omnibus propter nomen meū. Et capillus de capite veſtro nō peribit In paciencia veſtra poſſidebitis animas veſtras.**

Gregorius in home. Quia cuncta que predicta ſunt non de iniuſticia ferientis ſūt ſed de merito mundi pacientis. facta prauorum hominum pre nunciantur. cum dicitur. Sed āte hec omnia inijciēt vobis manus ſuas. et perſeqūntur. tradentes in ſinagogas et cuſtodias. trahentes ad reges ⁊ preſides propter nomen meum Ac ſi dicat Prius corda hominum poſt elemē ta turbabūtur. vt cū rerum ordo confunditur. ex qua tribulacione veniat demonſtretur. Nam quāuis finis mundi ex ipſo ſuo ordine pendeat. peruerſiores tn̄ quoſqꝫ inueniēs quia digne ruinis illorum opprimantur. innoteſcit. Cirillus. Vel hoc dicit. quia priuſ ꝙ̄ a romanis hieruſalem caperetur. paſſi. perſecuciones a iudeis diſcipuli incarcerati ſūt. et p̄ſentati principibus. Miſſus eſt paulus romā ad ceſarem. Aſtititqꝫ feſto et agrippe. Sequitur Continget autem vobis in teſtimoniū. Grecꝰ In martirium id eſt in martirij gloriaz. Gregorius in home. Vel in teſtimonīū videlicet eoꝝ qui vos pſequēdo mortes inferunt. aut viuendo non imitantur. vt inde perueſi ſine excuſacione pereāt

Vnde electi exemplum capiunt. vt viuant. ſed auditis tot terroribus turbari poterant auditorum corda. Vnde ad eorum ꝯſolacionē ſubdit. Ponite ergo in cordibus veſtris non premeditari queād modum reſpondeatis. Theophilus. Quia enim ydiote erant et imperiti hoc eis dominus dicit. ne conturbarentur. reddituri ſapiētibus racionem. Et cauſam ſubdit. Ego em̄ dabo vobis os ⁊ ſapiē ciam cui non poterunt. reſiſtere et ꝯtradicere omnes aduerſarij veſtri. Quaſi dicerꝫ. ſtatim a me ſorciemini facundiam ⁊ ſapienciaz. vt nec omnes aduerſarij veſtri ſi in vnū ꝯueniant. reſiſtere valeāt vobis. nec in ſapiencia. id eſt vita theorematum nec in eloquencia ⁊ ſermonis lepore. Sepe enim multi ſapienciam quidez habent in mente. ſed cum ſint prouocabiles ad turbacionem totū cōfundūt cum tempus fuerit proponendi. Non autem tales fuerunt apoſtoli ſed vtriqꝫ graccioſi fuerunt. Gregorius. Ac ſi dominꝰ ſuis dicat. Nolite terreri. vos ad certamē acceditis. ego prelior. vos verba editis. ſed ego ſū qui loquor. Ambroſiꝰ. Alibi autez criſtus in diſcipulis. alibi pater. alibi ſpiritus loquitur patris. non diſcordant iſta ſꝫ ꝯgruunt. quod vnus loquit̄. tres loquuntur. quia vox eſt vna trinitatis. Theophilus. Hijs autē dictis. ⁊ ꝓpulſo impericie timore. ſubdit ⁊ aliud q̄dā neceſſariū. Quod eoꝝ animos poterat commouē ne ſubito irruens eos turbaret. Sequit̄ enim. Trademini autem a parentibus et fratribꝫ et cognatis et morte afficient ex vobis. Gregoriꝰ in homelia. Plus in nobis ea tormēta ſeuiūt. que ab illis patimur. de quoꝝ mētibus p̄ſumebamus quia cum damno corporis mala nos cruciant amiſſe caritatis. Gregoriꝰ. niſenus. Conſideremus autē ſtatū qui tūc temporis erat omnibꝫ ſuſpectis ad inuicē diuidebant̄. cognaciones inuicem diſgregate ꝑ cultus. et filiꝰ gentilis ꝓditor fiebat parētū fideliū ⁊ i filiū q̄ crediderat. pr̄ infidelitate obſtinatus accuſator fiebat. Omnis etas erat expoſita perſequentibus. fidem. Nec mulieribus ſuccurrebat naturalis ſexus fragilitas. Theophilus. Hijs autem dictis et de odio ſubiungit quod ab omnibus pacientur. Sequit̄ enim Et eritis odio omnibus ꝓpter nomē meum. Gregorius in home. Sed quia dura ſūt. que predicuntur de afflictione mortis. protinus conſolacio ſubditur de gaudio reſurrectionis. Cum dicitur. Et capillus de capite veſtro non peribit. Quaſi diceret martiribus ſuis. cur timetis ne pereat quod inciſum dolet quādo et illud in vobis perire non poteſt. quod inciſū non dolet. Beda. Vel aliter. Capillus de capite diſcipulorum domini non peribit. quia nō ſolum forcia facta vel dicta ſanctoꝝ. ſed et tenuiſſima cogitacio digna mercede donabitur. Gregorius. v. moꝝ. Qui autem paciēciam in aduerſis tenet. inde contra aduerſa omnia fortis efficitur vnde ſibi et ſeipſum vincēdo dominatur. Vnde ſequitur. In paciencia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Quid enim eſt animas poſſidere. niſi perfecte in omnibus viuere cunctiſqꝫ mentis motibꝫ quaſi ex arce virtutis dominari. Gregorius in home. Per pacienciā igitur animas noſtras poſ-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſidemus· quia dum nobiſmetipſis dominari· diſcimus· hoc ipſum incipimus poſſidere quod ſumus Idcirco autem poſſeſſio anime in virtute paciencie ponitur· quia radix omnium cuſtoſqꝫ virtutū paciencia eſt· Paciencia vero eſt aliena mala equanimiter perpeti· contra eum quoqꝫ qui mala irrogat nullo dolore morderi·

**Cum autem videritis circumdari ab exercitu hieruſalem· tunc ſcitote quia appropinquabit deſolacō eius· Tūc qui in iudea ſunt fugiant in montes· et qui in medio eius ſunt diſcedant· et qui in regionibus· non intrent in eaꝫ· quia dies vltionis hij ſunt· vt impleātur omnia que ſcripta ſunt· Veh autez pregnantibus et nutrientibus in illis diebꝰ Erit eñ preſſura magna ſuper terraꝫ et ira populo huic· et cadēt in ore gladij ꝛ captiui ducētur in omnes gentes· et hieruſalem calcabitur a gentibus· donec impleantur tempora nacionum·**

Beda· hactenus ea que per ·xl· annos necdum fine adueniente futura erant· dicta ſūt· hinc ipſe finis deſolacōis· que a romano exercitu facta eſt domini verbis exponitur· cum dicitur Cum autez videritis circumdari ab exercitu hieruſalem· tūc ſcitote· quia appropinquauit deſolacio eius· Euſebius· Deſolacioneꝫ hieruſalē vocat non amplius eam a ſuis nec ſecundum ritum legalē cōſtituti· ita ꝙ nullus expectet poſt futuram obſidionem aliā innouacionem fieri· ſicut accidit tempore regis perſarū· et illuſtris antiochi· et iterum tempore pōpeij· Auguſtinus ad heſitium· Hec aūt domini verba· ideo Lucas hoc loco commemorauit· vt oſtendat tūc factā fuiſſe abominacionem deſolacionis que a daniele predicta eſt· d qua matheus et marcus locuti ſunt quando expugnata eſt hieruſalem· Ambroſius· Iudei eñ putauerunt abominacionem deſolacionis tunc factā eo ꝙ caput porci in templo iecerunt· illudentes romani iudaice ritum obſeruancie· Euſebiꝰ· Dominꝰ aūt futuram in ciuitate preuidens famem· monebat diſcipulos ne in futura obſidione in ciuitatem confugerēt· tanꝙ ad locum tutum· et a deo protectū· ſed magis inde diſcederent· et ad montes confugerent· Vnde ſequitur· Tunc qui in iudea ſūt fugiant in montes· Beda· eccleſiaſtica narrat hyſtoria· cunctos qui in iudea erant criſtianos imminente hieroſolimoꝝ excidio· commonitos a domino loco diſceſſiſſe ꝛ transiordaneꝫ habitaſſe in ciuitate quadam pella nomine· donec deſolacio iudee compleretur· Auguſtinꝰ ad heſicū· Pro hoc autem· Matheus ꝛ marcus dixerūt Et qui ſupra tectū eſt· non deſcēdat in domū· Addidit aūt nec introeat· vt tollat aliquid de domo· Pro quo· Lucas ſubdit· Et qui in medio eiꝰ ſūt diſcedant· Beda· Sed quomodo ab exercitu ciuitate iam circūdata qui in medio eiꝰ ſūt· diſcedent· niſi forte quod promiſit tūc· non ad ipſū tempus obſidionis referatur· ſed ad proximū ante obſidionem tempus cū ſe primū miles romanꝰ ꝑ galilee vel ſamarie fines cepit diffundere· Auguſtinꝰ ad heſitium· Pro eo aūt ꝙ Matheꝰ ꝛ marcus poſuerūt· Et qui in agro erit· non reuertatur retro tollere veſtimentum ſuū· apercius iſte ſubdit· Et q̄ in regionibus non intrent in eam· quia dies vlcionis hij ſunt· vt impleantᷣ omnia que ſcripta ſunt·

Beda· Dies aūt vlcionis hij ſunt dies· videlicꝫ dominici ſanguinis vlcionem petētes· Auguſtinꝰ ad heſitium· Deinde ſimiliter Lucas proſeq̄tur ſicut ꝛ alij duo· Veh autez pregnantibus ꝛ nutrientibus in illis diebus· Et ſic ergo Lucas patefacit· quod poterat eſſe incertū· ſcilicet id quod dictum eſt de abominacione deſolacionis· non ad ſeculi finem· ſed ad expugnacionem hieruſalem· ꝑtinere· Beda· Dicit ergo· Veh pregnantibus preſente captiuitate· ꝛ nutrientibus ſiue mammantibus· vt quidam interpretātur· quaꝝ vel vteri vel manus filioꝝ ſarcina pregrauate· fuge neceſſitatem· non minimum impendiūt· Theophilus Quidam vero dicūt dominū per hoc ſignificare filioꝝ eſum· quem et ioſephꝰ narrat· Criſoſto· Deinde predictoꝝ aſſignat cauſam dicens· Erit eñ preſſura magna ſuper terram· et ira populo huic· Talia eñ mala eos occupauerūt vt nulla d inceps erumna poſſit eoꝝ calamitatibꝫ adequari vt ioſephus narrauit· Euſebius· Qualiter ſcilicet aduenientibus romanis et vrbem capientibus multe caterue iudaici populi in ore gladij perierunt· Vnde ſequitur· ꝛ cadent in ore gladij· Sed et plures necati ſūt fame· Hec vero accidebant primo quidem ſub tito· ꝛ veſpaſiano· Poſt hos autez tempore hadriani principis romanoꝝ· quando natale ſolum iudeis inacceſſibile eſt factum· Vnd ſequitur· Et captiui ducentur in omnes gentes· Totum enim orbem iudei repleuerūt· ꝛ vſqꝫ ad fines terre peruenerūt· ꝛ cū eoꝝ terra ab alienigenis inhabitetur· ſolis ipſis eſt inacceſſibilis facta Vnde ſequitur· Et hieruſalem calcabitur a gentibus· donec impleantur tempora nacionū Beda Que ſ· apoſtolus commemorat di· Cecitas ex parte facta eſt in iſrahel· ꝛ ſic omnis iſrahel ſaluus fiet Qui cū ꝑmiſſa ſalute fuerit potiꝰ ad patriū ſolū rediturus non temere ſperatur· Ambroſiꝰ· Miſtice autem abominacio deſolacionis aduētus antixp̄i eſt· eo ꝙ ſacrilegijs infauſtis mentium interiora contaminet· ſedens iuxta hyſtoriam in templo vt ſibi vendicet diuine ſolium poteſtatis· Iuxta interpretacionem aūt ſpiritalem pulchre inducitur· eo ꝙ in effectibus ſinguloꝝ veſtigium ꝑfidie ſue confirmare deſideret· ꝛ ſcripturis diſputans ſe eſſe criſtum· tunc appropinquabit deſolacio· qm̄ a vera religione pleriqꝫ lapſi deſiſtent· tūc erit domini dies qm̄ ſicut primus aduentꝰ domini fuit ꝓpter redimenda peccata· ita ꝛ ſecundꝰ erit ꝓpter reꝑmenda delicta· ne plures perfidie errore labantur· Eſt et aliꝰ antixp̄s· id eſt dyabolus· qui hieruſalē id eſt animā pacificaꝫ obſidere

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſtatur ſue legis exercitu· Ergo quādo in medio
templi eſt dyabolus· deſolacio abominacionis eſt
Cum autem vnicuiqꝫ laboranti xp̄i preſencia ſpiri
talis illuxerit· tollitur iniquus ex medio ꝛ incipit
regnare iuſticia· Eſt eciam tercius antixp̄s vt ar=
rius et ſabellius· et omnes qui nos praua inten
cione ſeducunt· Hec autem ſunt pregnantes quibꝫ
veh dicitur· que ad ruinam ſue carnis extendunt·
ꝛ q̄bꝫ intimoꝝ greſſus pigreſcat aioꝝ et effete
virtutum· feteqꝫ vicioꝝ· Sed nec ille pregnātes
condēnacionis exſortes ſūt· que in bonoꝝ actuuꝫ
molimine conſtitute· Nec dum aliquos ſuſcepti o=
peris dedere ꝓceſſus· Sunt que dei timore conci
piunt· ſed non omnes pariūt· Sunt eñ que abor=
tiuum excludūt verbum anteq̄ͣ pariant· Sunt eē
que in vtero xp̄m habeant· ſed nondum formaue=
runt· Ergo que parit iuſticiaꝫ· xp̄m parit· Nos eē
paruulos noſtros ablactare ꝓperemus· ne nos q̄ſi
imperfectorum parētes aut iudicij dies aut mor=
tis inueniat· Quod ita fit· ſi omnia dicta iuſticie i
corde cuſtodias· nec ſenectutis tempus exſpectes
ſed in prima etate ſapienciā ſine corruptela cor=
poris tui cito concipias· cito nutrias· In fine aūt
iudea omnis· a nacionibus credituris ſubijcietᷣ in
ore gladij ſpiritalis qui eſt ſermo bis accutus·

**Et erunt ſigna in ſo
le et luna et ſtellis· et
terris preſſura gēciuꝫ
pre confuſione ſonitꝰ
maris et fluctuū· are
ſcentibus hominibus
pre timore et expecta=
cione· que ſuperueni=
ent vniūſo orbi· Nam
virtutes celorum mo=
uebuntur· Et tunc vi
debūt filium hominis
venientem in nube cū
poteſtate magna et
maieſtate·**

Beda· Quid im=
pletis nacionum tē=
poribus ſequatur ex
ordine manifeſtat di
cens· Erunt ſigna
in ſole et luna et ſtel
lis· Ambro· Que
quidem ſigna ſcd̄m
Matheum euidenciꝰ
exp̄rimuntur· Tunc
inquit· ſol obſcurabi
tur· ꝛ luna non dabit
lumen ſuum· ꝛ ſtelle
cadent de celo· Eu
ſebius· Tunc· n· cum
vite corruptibilꝭ cō
ſūmacio agetur· ꝛ ſe
cundum apoſtolum
ſpecies huius mundi
tranſibit ꝛ nouū ſuc
cedet ſeculum· In q̄
vice ſēſibiliū lumina
rium ipſe criſtus fulgebit· q· iubar et rex noui ſe=
culi· cuius erit tanta numinis virtus et gloria· vt
ſol qui nunc radiat atqꝫ luna et cetera ſidera· ad=
uentu maioris luminis occultentur· Criſo· Sic
enim in hoc ſeculo luna et ſidera mox obfuſcantur
orto ſole· ſic in glorioſa criſti apparicione ſol obte
nebraſcet· ꝛ luna non dabit ꝓprium iubar· et ſtel
le cadent de celo· priore ſpoliate amictu· vt pocio
ris lucis amictu pocian̄tur· Euſebius· Que aūt
euenient orbi poſt luminarium obtenebracionem
ex quibus fiet anguſtia gencīū· ꝯſequenter exp̄mit
dicens· Et in terris preſſura gencīū pre confuſio
ne ſonitus maris et fluctuum Ubi videtur docere
principium tranſmutacionis vniuerſi· futurum ex
defectu ſubſtancie humide· Hac· n· prima deuora
ta vel congelata vt non amplius audiatur ſonitꝰ
maris nec contingant arenam fluctus eiꝰ cauſa ex
uberantis ſiccitatis cetere mūdi partes nō ampli
us obtinentes vaporem ſolitū emiſſum ex ſubſtan
cia humida tranſmutacionem pacienᷣ· et ſic cū ap=
paricio ſaluatoris confutare debeat repugnancia
deo prodigia· exordium ſument furoris ꝓhemia
ex ſiccitatibus· vt nec tempeſtas nec fremitus ma
ris vlterius audiatur· Quo facto ſubſequetur an=
guſtia ſuperſtitum hominū· Unde ſequitur· Are=
ſcentibus· i· tabeſcentibus hominibus pre timore
ꝛ expectacione eoꝝ que ſupuenient vniuerſo or=
bi· Que autem tunc ingruunt mundo· conſequen=
ter oſtendit ſubdens· Nam virtutes celoꝝ moue
buntur· Theophilus· Cum alterabitur ſuperi=
or orbis· et elementa inferiora merito pacientur
iacturam· Unde ſequitur· et in terris preſſura gē
cium pre confuſione ſonitus maris et fluctuum·
Quaſi diceret· Mare terribiliter fremet et litꝰ ma
ris agitabitur tempeſtate· ita vt ſit populo terre
preſſura· id eſt communis miſeria· vt tabeſcant ti=
more ꝛ expectacione maloꝝ irruenciū mūdo· Un
de ſequitur· Areſcentibus hominibus pre timore
ꝛ expectacione que ſuperuenient vniuerſo orbi·

Auguſtinus ad heſicium· Sed dices· Confiteri
vos pena veſtra compellit adeſſe iam finem· dū im
pletur quod prenunciatum eſt· Nullam enim patri
am· nullum locum noſtris temporibus non affligi
aut tribulari certum eſt· ſed ſi iſta mala que nunc
patitur genꝰ humanum certa ſūt indicia iam do=
minum eſſe venturum· quid eſt quod dicit apoſto=
lus· Cum dixerint pax ꝛ ſecuritas· Videamꝰ er=
go ne forte melius intelligaᷣ non eo modo imple
ri que predicta ſunt hijs verbis· ſed tunc pocius
eſſe ventura quando ſic erit tribulacio vniuerſo
orbi· vt ad eccleſiam pertineat· que vniuerſo or=
be tribulabitur· non ad eos qui tribulabunt eam·
ipſi enim ſūt dicturi· pax et ſecuritas· Nunc auteꝫ
iſta mala que tanq̄ͣ ſūma extremaqꝫ creduntᷣ vtri
qꝫ regno criſti· ſcilicet et dyaboli videmus eſſe cō
munia· pariter quippe hijs boni affliguntur ꝛ ma
li· Interqꝫ tam mala adhuc vſquequaqꝫ frequen
tantur luxurioſa conuiuia hoccine eſt areſcere pre
timore· an potius inardeſcere pre libidine Thε
ophilus· Non ſolum autem mortales fluctuabunt
cum alterabitur mundus ſed eciam angeli ſtupe=
bunt· in tam terribilibus mutacionibus vniuerſi·
Unde ſequitur· Nam virtutes celoꝝ mouebuntur

Gregorius in home· Quid eñ virtutes celoruꝫ
niſi angelos dominaciones ꝛ principatus ꝛ pote
ſtates appellat· que in aduentu diſtricti iudicis·
noſtris tunc oculis viſibiliter apparebunt· vt di=
ſtricte tunc a nobis exigant hoc quod nos modo i
uiſibilis conditor equanimiter portat Euſebiꝰ
Cum eciam dei filius ſit venturus in gloria· et cō
futaturus elatam tyrannidem filij peccati· mini=
ſtrantibus angelis· celi fores a ſeculo clauſe pate
bunt vt ſpectentur excelſa· Chri· Vel virtutes
celice mouebuntur· q̄ͣuis ſibi conſcie non ſint· vi
dētes· n· infinitas multitudines condēnari· nō in
trepide ſtabunt illic· Beda· Unde ꝛ in iob di
citur· Columne celi contremiſcunt· et pauent ad

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nutum eius. Quid ergo faciant tabule. quādo tremunt columne. Quid virgula deſerti patiē. cū cedrus paradiſi concutitur. Euſe. Vel virtutes celoꝝ ſūt que preſunt ſenſibilibus partibus vniuerſi. que quidem tunc mouebuntur. vt pociorem ſtatum attingāt. Abſoluentur eñ in ſeculo nouo a miniſterio. quo deo ſeruiūt circa ſēſibilia corpora ſecundū corrupcionis ſtatum. Auguſtinus ad heſitium. Sed ne dominꝰ ꝓpinquāte ſecūdo aduentu ſuo. ea ꝓ magno predixiſſe videaṫ que huic mūdo eciam ante primū eiꝰ aduentum fieri cōſueuerant. et videamur ab eis qui plura in hiſtoria gencium et maiora legerūt. Hec que dicta ſunt meliꝰ in eccleſia exiſtimo intelligi. Eccleſia eñ eſt ſol ⁊ luna et ſtelle. cui dictū eſt. pulchra vt luna. electa vt ſol. que tunc non apparebit. ꝑſecutoribꝫ vltra modū ſeuientibus. Ambroſiꝰ. Plurimis eciaȝ a religione deficientibus clara fides obſcurabitur nube perfidie. quia ſol celeſtis in fide in ea minuitur vel augetur. ⁊ ſicut menſtruis. ideſt menſium defectibus luna vel terre oppoſitu cū fuerit ex regione ſolis vaneſcit. ſic et ſancta eccleſia cū lumini celeſti vicia carnis obſiſtunt. fulgorem diuini luminis de xp̄i radijs non poteſt mutuari. Nam in ꝑſecucionibus lucem diuini ſolis plerumqꝫ amor vite huius excludit. Cadūt eciaȝ ſtelle. i. gloria micantis viri ſi perſecucionis acerbitas conualeſcat que oportet fieri donec eccleſie multitudo cumuleṫ. ſic. n. ꝓbanṫ boni ſic ꝓdunṫ infirmi. Auguſtinꝰ ad heſitium. Quod aūt dictum eſt. Et in terris preſſura gencium. gentes voluit intelligi. non que in ſemine abrahe benedicentur. ſed que ad ſiniſtram ſtabunt. Ambroſius. Ergo varij animoꝝ eſtꝰ ita graues erūt. vt delictoꝝ multitudine male conſcijs futuri iudicij metu ſacri nobis ros fontis areſcat. Quemadmodū autem domini expectatur aduentus. vt eius preſencia in toto fiat vel hominis orbe vel mundi. que fit in ſingulis cum omnibus affectibus receperis xp̄m. ſic virtutes celorum in aduentu domini augmētum gracie conſeq̄ntur. et plenitudine diuinitatis ꝓprius ſe infundēte mouebuntur. Sunt eciam virtutes celorum q̄ enarrant gloriā dei. que pleniore criſti infuſione mouebunṫ vt videant criſtum. Auguſtinus ad heſitium. Vel virtutes celoꝝ mouebunṫ. quia impijs perſequentibus quidaȝ fideles fortiſſimi turbabunṫ. Sequitur. Et tunc videbunt filiū hominis. Theophilꝰ. Tam fideles q̄ infideles Radiabit. n. amplius ſole tam ipſe q̄ crux eiꝰ. vnde ab omnibus cognoſcetur. Auguſtinꝰ. Quod autem dicit. venientem in nube duobus modis accipi poteſt. ſiue in eccleſia ſua tanq̄ i nube venientē ſicut nunc venire non ceſſat. ſed ideo tunc cum poteſtate magna et maieſtate. quia maior maieſtas et poteſtas illiꝰ apparebit ſanctis quibus magnam virtutem dabit ne tanta perſecucione vincantur. ſiue in corpore ſuo in q̄ ſedet ad dextrā pr̄is merito credendꝰ eſt non ſolū in eodē corpe. verum eciam in nube venturꝰ. qm̄ ſic veniet ſicut abijt. Nubes autem ſuſcepit eū ab oculis eoꝝ. Criſo. Semper enīȝ deus in nube apparet. ſcd̄m illud. Nubes ⁊ caligo in circuitu eius. Vnde et filiꝰ hominis in nubibus veniet. vt deus ⁊ dominꝰ. non latēter ſed in gloria digna deo. Et ideo ſubdit. Cum poteſtate magna et maieſtate. Cirilꝰ. Intelligēdum eſt ſimiliter magna. Primam. n. apparicioneȝ ꝑſecutus eſt cum infirmitate ⁊ humilitate noſtra ſed ſcd̄am celebrabit cum ꝓpria poteſtate ⁊ magna maieſtate. Grego. in home. In poteſtate eñ ⁊ maieſtate viſuri ſunt quem in humilitate poſitū audire noluerunt vt virtutem eius tanto tunc diſtrictius ſenciant. quanto ceruicem cordis ad eius pacienciam non inclinant.

Hijs autem fieri incipientibꝫ. reſpicite ⁊ leuate capita vr̄a quoniam appropinquat redempcio veſtra. Et dixit illis ſimilitudinē Videte ſiculneā ⁊ omnes arbores cum producūt iam ex ſe fructū ſcitis quoniaȝ ꝓpe eſt eſtas. Ita et vos cum videritis hec fieri. ſcitote quoniam ꝓpe eſt regnum dei. Amen dico vobis quoniaȝ non preteribit generacio hec. donec omnia fiant Celum et terra tranſibunt. verba autem mea non tranſient.

Gregorius in homelia. Quia premiſſa contra reprobos dicta ſūt mox ad electorum cōſolacionem verba vertunṫ. Naȝ ſubditur. Hijs auteȝ fieri incipientibus. reſpicite ⁊ leuate capita veſtra quoniaȝ appropinquat redēcio veſtra Ac ſi dicat Cū plage mundi crebreſcūt. leuate capita. id eſt exhilarate corda. quia dum finitur mundꝰ. cuiꝰ amici nō eſtis. prope fit redempcio quaȝ queſiſtis. In ſcriptūa eñ ſacra ſepe caput pro mente ponitur. quia ſicut capite regūtur membra. ita cogitaciones mente diſponūtur. Capita itaqꝫ leuare eſt mentes noſtras ad gaudia patrie celeſtis erigere. Euſebiꝰ. Vel aliṫ Tranſactis corporalibus aderunt intelligibilia celeſtia. ſcilicet regnum ſeculi non amplius tranſituri. ⁊ tunc dignis ſalubria promiſſa tribuentur Vnde dicitur. Hijs autem fieri incipientibꝫ. reſpicite. et leuate capita veſtra qm̄ appropinquat redēpcio veſtra acceptis eñ dei promiſſis que ſperamus erigemur qui ante curui fueramus. et eleuabimus capita noſtra. humiliati quondam. eo q̄ redēpcio nr̄a quā ſperabamus aderit. illa ſcilicet quaȝ tota creatura expectat Theophilꝰ. Id ē perfecta libertas corporis et anime. Sicut enim primus aduentus domini fuit ad reformacionem animaꝝ noſtrarum. ſic ſecundus ad reformacioneȝ corpoꝝ celebrabiṫ. Euſebius. Dicit autem hec ad diſcipulos ſuos. non tanq̄ ad eos qui durare deberent in vita iſta vſqꝫ ad terminum mundi. ſed quaſi vno corpore exiſtente ipſis ⁊ nobis ⁊ poſteris vſqꝫ ad conſūmacionem mūdi credituris in criſtum. Gregorius in home. Quod autem calcari mundus atqꝫ deſpici debeat. prouida cōparacōne manifeſtat. cum ſubdit. Videte ficulneaȝ ⁊ omnes arbores. cum ꝓducunt iam ex ſe fructū. ſcitis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

quoniaȝ prope eſt eſtas. ita et vos cum videritis
hec fieri. ſcitote qm̄ ꝓpe eſt regnum dei. Quaſi diſ-
ceret. ſicut ex fructu arboris vicina eſtas agnoſci-
tur. ita ex ruina mundi ꝓpe eſſe cognoſcitur regnuȝ
dei. Et ex hoc oſtenditur quia fructus mūdi ruina
eſt. Ad hoc enim germinat. vt quecūqȝ germine
aluit. cladibus conſumat. Bene autem regnū dei
eſtati comparatur. quia tunc meroris noſtri ne-
bule tranſeunt. et vite dies eterni ſolis claritate
fulgeſcūt. Ambro. Matheus aūt de ſola dixit fi-
culnea. hic de arboribus omnibus. Duplicem autē
habet figuram ficulnea. Vel cum dura miteſcunt
vel cū peccata luxuriāt. Siue ergo cū fructus om-
nibus vireſcit arboribus. et ficulnea fecunda iam
floret id eſt cum omnis ſinagoga cōfitetur deo. cō-
fitente eciam populo iudeorum. ſperare domini de-
bemus aduentum quo tanꝗ temporibus eſtatis re-
ſurrectionis fructus metentur Siue cū leuem fra-
gilemqȝ iactanciam tanꝗ folia ſinagoge homo in-
iquitatis induerit. conijcere debemus appropinqua-
re iudiciū. Nam remunerare fidem dominus et delin-
quēdi finem afferre feſtinat. Auguſtinus. ad he-
ſitium. Cum autem dicit. Cum videritis hec fieri.
que intelligere poterimus niſi ea que ſupra me-
morata ſunt. In hijs autem eſt quod ait. Et tunc
videbunt filium hominis venientem. Proinde cū
hoc viſum fuerit. nō iam erit regnum dei. ſed ꝓpe
erit. An dicēdum eſt. non omnia que ſupra com-
memorata ſunt. eſſe intelligenda. vbi ait. Cum vi-
deritis hec fieri ſed aliqua eorum. hoc ſcilicet ex-
cepto quod dictum eſt. Et tunc videbunt filium
hominis. Sed matheus apuit nullis exceptis eſſe
accipiendum dicens. Ita et vos cum videritis hec
omnia. Inter que eſt qđ videbitur filius hominis
veniens. vt intelligatur de aduentu quo nunc ve-
nit in membris ſuis tanꝗ in nube magna. Titus
Vel aliter dicit. Prope eſt regnum dei quia dum
hec fient. nondum vltimus finis rerum eueniet. ſed
iam in finem tendūt. Nam et ipſe aduentus domi-
ni eliminans omnem principatum et poteſtatem
properat regno dei. Euſebius. Sicut enī in hac
vita ſol hyeme recedente ac ſuccedente vere ra-
dium calidum mittens fouet. ac viuificat humi cō-
dita ſemina exuencia priſcam figuram. pullulant
autem noua varium virorem habencia. ſic et glorio-
ſus vnigeniti dei aduentus. viuificatiuis radijs il-
luſtrans nouum ſeculum dudum condita per totū
mundum ſemina. ſcȝ dormientes in puluere terre
pocioribus corporibus ꝗ prius producet in luceȝ
ac confutata morte regnabit deinceps vita ſeculi
noui. Gregorius. in homelia. Omnia auteȝ pre-
dicta ſub magna certitudine confirmantur. cū ſub-
ditur. Amen dico vobis. quia non preteribit ge-
neracio hec donec omnia fiant. Beda. Multum
commendat quod ita pronūciat. Et ſi dicere fas
ē iuracio eius ē. q dicit. Amen dico vobis. Amē ꝙp-
pe interpretatur verū. Igitur veritas dicit. Ve-
rum dico vobis. q ſi non diceret. mētiri omnino
non poſſet. Generacionem autem aut omne huma-
num genus dicit. aut ſpecialiter iudeorum. Eu-
ſebius. Vel generacionē dicit nouā generacioneȝ
eccleſie ſancte ſue oſtendens duraturum popu-
lum fidelium vſqȝ ad id tempus quo viſurus ſit om-
nia et euentus verborum ſaluatoris oculis apprehen-
det. Theophilus. Quia enī turbaciones et bella.
et alteraciones tam elementorum ꝗ ceterarum re-
rum futurum eſſe predixerat. ne quis ſuſpicaretur
q et ipſa criſtianitas peritura foret ſubiungit.
Celum et terra tranſibūt. verba autem mea non
tranſient. Quaſi dicat. Et ſi cuncta commoueantur.
fides tamen mea non deficiet. Ex quo innuit eccle-
ſiam preferre toti creature. Sed creatura pacie-
tur alteracionem. fideliū vero eccleſia et ſermones
euangelij permanebunt. Grego. in home. Vel
aliter Celum et terra tranſibūt et cetera. Quaſi di-
cat. Omne quod apud nos durabile eſt. ſine muta-
cione durabile ad eternitateȝ non eſt. et omne qđ
apud me tranſire cernitur. fixū et ſine tranſitu te-
netur. quia ſine mutabilitate manētes ſentencias
exprimit ſermo meus qui tranſit. Beda. Celum
aūt quod tranſibit non ethereū. ſiue ſidereum ſiue a-
erium. a quo aues celi nominantur intelligere de-
bemus. Si autem terra tranſibit. quomodo eccleſi-
aſtes dicit. Terra ineternum ſtat. ſed aperta ra-
cione celum et terra per eam quam nūc habent yma-
ginem tranſeunt. Attamen per eſſenciam ſine fine
ſubſiſtunt.

Attendite autē vo-
bis ne forte grauentur
corda veſtra in crapu-
la et ebrietate et curis
huius vite. et ſuperue-
niat in vos repentina
dies illa tanꝗ laque-
us eniȝ ſuperueniet in
omnes qui ſedent ſup
facieȝ omnis terre. Vi-
gilate itaqȝ omni tem-
pore orantes vt dig-
ni habeamini fugere
iſta omnia que futura
ſunt et ſtare ante filiū
hominis.

Theo. Poſuit ſu-
pra dominus terribi-
lia et ſenſibilia malo-
rum indicia que occu-
pabunt peccatores.
ſed contra hec mala
remedium eſt caute-
la et oracio Vnde di-
citur. Attendite aūt
vobis ne forte gra-
uentur corda veſtra
in crapula et ebrieta-
te. Baſilius. Sin-
gulum animaliū a cō-
ditore omnium deo
habet intrinſecus cau-
ſas, faciētes ad tute-
lam conſiſtencie ꝓpe
ꝓpter quod et criſtus
nobis dedit hanc mē-
cionem. vt que illis
a natura. hec nobis
auxilio racōnis et cau-
tela cōtingāt. Fugi-
entibus quidem peccatum vt irracionalia fugi-
unt mortifera pabula. inquirentibus vero iuſtici-
am ſicut illa herbas nutritiuas requirūt. Et ideo
dicit attēdite vobis vt ſciliceȝ diſcernere poſſitis
a ſalubri nociuū. Sed quoniam dupliciter contin-
git attendere. hinc quidem corporis oculis. illic
vero per intellectiuam virtutem. oculus corpo-
ris virtutem non attingit. Reſtat igitur dictū eſ-
ſe de opere intellectus. Attēdite. hoc eſt vndiqȝ
circumſpicite vos peruigil habentes ad veſtram
cuſtodiam anime lumen. Neqȝ autem dixit. Atten-
dite veſtris aut eis que circa vos ſūt. ſed vobis.
Vos enī eſtis intellectus et anima. Veſtrum autē
corpus ē ſenſus. Circa vos aūt opes artes et reliq

vite ſuppellex· quibus non monet attendendum· ſed anime cuiꝰ precipua cura habēda· Eadē vero admonicio egrotantes ſanat· ⁊ ſanos ꝑficit· Servatores preſēcium· ꝓuiſores futuroꝝ· non alienoꝝ cēſores· ſꝫ ſuorum ſcrutatores· non dimittentes intellectū ſeruum fieri paſſionū· Sed irracionale anime ſubijcientes racionali. Cur aūt ſit attēdendum ſubiūngit dicens· ne forte grauentur corda veſtra in crapula ⁊ ebrietate ⁊ curis huius vite· Titꝰ· Quaſi diceret· Cauete ne lumina mentis veſtre grauenē· Cura nāqꝫ ꝑſentis vite ⁊ crapula ⁊ ebrietas fugant prudenciam· quaſſant fidem· operanē naufragia· Baſilius· Eſt aūt ebrietas nimius vſus vini· Crapula vero anxietas et nauſea que eſt in ebrietate a motōne capitis greco vocabulo dicta· Sicut igiē cibis vt non eſuriamus· ſic et potibꝰ ne ſitim patiamur vtendum eſt· vitādo diligenciꝰ lapſū· Fallax· n· eſt vini ingeſtio anima autem vino libera prudentiſſima erit· et optima· ſed humecta vini vaporibus quaſi quadam nube velatur· curioſitas aūt huiꝰ vite ꝗuis nichil inhibitoꝝ· continere videaē· ſi tamē ad cultū diuinum non coadiuuet· vitāda eſt· Et quare hoc dixerit· oſtēdit ſubdens· Et ſuperueniat in vos repētina dies illa· Theophilꝰ· n̄ em̄ cū deliberacōe veniet dies illa· ſed ex improuiſo ⁊ furtim capiēs tamq̄ laqueus non cauentes· Vnde ſequitur· Tāq̄ laqueꝰ· n· ſupueniet in omnes qui ſedent ſup faciem omnis terre· Quod diligenciꝰ diſcuti poteſt· Capiet em̄ dies illa ſedētes in ſupficie terre quaſi imp̄meditatos et inertes· Quot quot vero ſūt ſolertes ⁊ agiles ad bonum· non ſedētes et ocíantes in terrenis ſed ſurgentes ab eis ſibi dicentes· Surge vade· quoniaꝫ non eſt hic tibi requies Talibus non eſt illa dies vt laqueus ⁊ diſcrimen ſed vt dies feſtiuus· Euſebius· Predicta igitur docuit eſſe attendēda ad cauendam grauedinem inde prouenientem· Vnde ſequitur· Vigilate itaqꝫ omni tempore orantes vt digni habeamini fugere iſta omnia· que futura ſūt· Theo· ſcꝫ famē peſtem· et cetera huiuſmodi que temporaliter electis et alijs imminent· ⁊ ea que poſtmodum accidunt eis perhennitē· Jlla em̄ aliter cauere nō poſſumus· niſi per vigilias ⁊ oraciones· Auguſti· de cō· euan· Hec intelligiē illa figura quaꝫ matheus commemorat· que non debet fieri in hieme vel ſabbato. Ad hiemen pertinēt cure huius vite· q̄ triſtes ſūt velut hiems· Ad ſabbatum vero crapula ⁊ ebrietas· que carnali leticia luxuriaqꝫ cor ſubmergit atqꝫ obruit Quod malum ſabbati nomine ſignificatur· quia illo die iudei delicijs affluunt· dum ſpiritale ſabbatum ignorāt Theo· Et quia criſtianum decet non ſolum fugere mala· ſed eciaꝫ niti ad gloriam exequendam· ſubdit· Et ſtare āte filium hominis· Hec eſt em̄ angelica gloria ſtare ante filium hominis deū noſtrum et faciem eiꝰ iugiter cernere· Beda· Et certe ſiquis ſapiēs medicus precipiet attendere a ſucco alicuiꝰ herbe ne repentinus interitus ſuperueniat· magno ſtudio medici mandata ſeruaremus· Nunc autem ſaluatore admonente ebrietatem ⁊ crapulam et curas ſeculi eſſe cauendas· Hijs ſauciari ⁊ conſūmi nō timent· qui fidem quam medici dictis ꝓbent domini verbis ꝓbere contemnūt·

Erat autē diebꝫ docens in tēplo· noctibꝰ vero exiens morabaē in monte· qui vocatur oliueti· Et om̄is populus manicabat ad euꝫ in tēplo· audire eum·

Beda· Que verbis preceperat dominus ſuis cōfirmat exemplis· Nam quinos āte iudicis aduētum ⁊ incertum ſingulorum exituꝫ ad vigilandum hortatus eſt ⁊ orandum· et ipſe imminente tempore paſſionis ſue doctrine vigilijs et precibus inſtat· Vn̄ dicitur· Erat autem diebus docens in templo· in quo ſuo exemplo inſinuat hoc eſſe digne deo vigilare vel dicto vel facto proximis viam veritatis oſtēdere· Cirillus· Que autē erāt que docebat· niſi tranſcendencia cultum legis· Jnſtabat enim tempus quo debebat vmbra in veritatem tranſformari· Theo· Tacuerūt autem euangeliſte pleraqꝫ documētoꝝ criſti· qui cum per trienniū fere predicauerit· documēta eiꝰ que conſcripſerūt· dicet aliquis vix ad vniꝰ diei ſermonē ſufficere· Ex pluribus ergo pauca deſcribentes dederūt nob̄ q̄ndā guſtū dulcedinis doctrīne ipſius· Oſtēdit aē nobis dominꝰ q̄ oporteat noctu ⁊ quiete alloqui deum· et in die prodeſſe hominibus· et colligere quideꝫ in nocte diſtribuere vero collecta ī die· Vnde ſubditur· Noctibus vero exiēs morabatur in monte q̄ vocatur oliueti· Non quaſi opus habens oracione ſed ad exemplū dandum hoc egit· Cirillꝰ· Quia vero eloquium eiꝰ in poteſtate erat· et poteſtatiue tranſferebat in ſpiritalem cultū que per moyſen et ꝓphetas tradita fuerant in figuris· populus eum auidiꝰ audiebat· Vnde ſequitur· Et om̄is populus manicabat id eſt mane venire accelerabat ad eum in templo audire eum· Populo auteꝫ ante lucanū venienti ad eum congruum erat dicē Deus deus meus ad te de luce vigilo· Beda miſtice auteꝫ ⁊ nos cum inter proſpera ſobrie ⁊ pie et iuſte conuerſamur diebus in templo docemus Quia formaꝫ boni opis fidelibus ꝓbētes· noctibꝫ vero in monte oliueti moramur· quia in tenebris anguſtiarum ſpiritali conſolacione reſpiramꝰ· et ad nos quoqꝫ populꝰ manicat· cum vel diſcuſſis operibus tenebrarum vel cunctis nebulis preſſurarum nos imitantur·

## CAPITV· ·XXII·

Appropinq̄bat autem dies feſtus azimorum· qui dicitur paſca· Et q̄rebant principes ſacerdotū ⁊ ſcribe· quomō ihesum interficerēt· Timebāt vero plebē·

Criſoſto· Vmbra noſtroꝝ fueīt feſta iudaica et ideo ſi q̄ſiueris a iudeo de paſcha et azimis· nil magni profert· commemorans liberacionem ab egypto· Si quis auteꝫ a me quesierit· non audiet egyptum nec pharaonem· ſed abſolucionē erroris ⁊ tenebraꝝ dyaboli· nō p moyſē

ſed per filium dei. Gloſa. Ad cuiꝰ paſſionē enarrandam accedens euangeliſta premittit de figura dicens appropīquabat dies feſtus azimorum qui dicitur paſcha. Beda. Paſcha quidem hebraice dicitur phaſe. non a paſſione. ſed a tranſitu nominatur. eo ꝙ exterminator videns ſanguinē in foribus iſrahelitarum ptranſierit. nec pcuſſerit pmogenita eorū Vel ipſe dominꝰ pbens auxiliū populo ſuo deſuper ambulauit. Hoc autem inter paſcha et azima diſtat ꝙ paſcha ipſe ſolꝰ dies appellatur. in quo agnus occidebatur ad veſperam. hoc eſt. xiiij. luna pmi mēſis. xv. aūt luna quando egreſſus eſt de egipto. ſuccedebat feſtiuitas azimorum ſeptem diebus vſqꝫ ad viceſimam pmam diem euſdem menſis. Vnde euangelij ſcriptura indifferēter vnū ꝓ alio ponere ſolet. Vnde hic dicitur dies azimorum qui dicitur paſcha. Significatur aūt p miſteriū ꝙ criſtus ſemel ꝓ nobis paſſus. p totum tempus. huiꝰ ſeculi qđ ſeptem diebus agitur in azimis ſinceritatis et veritatis pcepit eſſe viuendū. Criſoſto. Principes autem ſacerdotū nefarias res tractābāt in feſto. Vnde ſequitur. Et querebāt principes ſacerdotum et ſcribe quomodo ihesū interficerēt Moyſes quidem vnū pcepit eſſe principem ſacerdotū et illo defuncto creari aliū. Tunc vero cum inciperēt iudaici ritꝰ diſſolui multi erāt principes ſacerdotum annuatim creati. Hij ergo volentes iheſum occidere nō metuūt diuina. ne ſcꝫ ex tempore ſacro maiꝰ incurrant peccati contagiū. ſꝫ vbiqꝫ timent humana. Vnde ſequitur. Timebāt vero plebem. Beda. Non quidem ſedicionem metuētes ſed cauentes ne auxilio populi de ſuis manibꝫ tolleretur. Hec autem ante biduū paſche ꝯgregatis eis in atrio cayphe matheus acta atteſtatur.

**Intrauit autem ſathanas in iudam qui ꝯnominatur ſcarioth vnū de duodecim. Et abijt. et locutus eſt cū principibꝫ ſacerdotū et magiſtratibus. quē admodum illum traderet eis. Et gauiſi ſunt. et pacti ſunt pecuniā illi dare. et ſpoſpōdit et querebat oportunitatem vt traderet illū ſine turbis.**

Theophi. Quia dictum eſt ꝙ principes ſacerdotum querebant modum quo interficientes iheſum nullum incurrerent periculum. Conſequenter modus qui eis occurrit. narratur cum dicitur. Intrauit autē ſathanas in iudam. Titus. In iudam ſathanas intrauit. nō impellens. ſꝫ patulū inueniens hoſtiū. Nā oblitus omniū q̄ viderat. ad ſolā auariciam dirigebat intuitum. Criſoſto. Ponit autē eius cognomē. ſubdens qui cognominatur ſcharioth. Erat enim alius iudas. Titus. Subdit autem vnꝰ de duodecim. Nā numerum adimplebat. non autem fungebatur. apoſtolica dignitate. Criſoſto. Vel hoc addit euangeliſta velut abſonum quidem. ac ſi diceret. Erat de pmo choro diligencius electorum. Beda. Non ē autem huic contrariū quod iohannes dicit. poſt buccellam intraſſe in eum ſathanam quia nunc intrauit. vt quaſi alienū temptaret. nunc autem q̄ſi proprium ad quecumqꝫ vellet. agēda attraheret Criſoſtomꝰ. Attēde autem magnā iude nequiciam. tum quia p ſe ꝓficiſcitur. tum quia ꝓ precō hoc facit. Sequitur eīn. Et abijt et locutꝰ eſt principibus ſacerdotum et magiſtratibus quemadmodum illum traderet eis. Et gauiſi ſūt. Theop. Magiſtratꝰ hic appellantur ꝓpoſiti conſtructionum templi. vel eciam illi quos romani populo pfecerant. ne ꝓruerent in tumultꝰ. Erant eīn ſedicioſi. Criſoſtomus. Propter auariciam autem iudas factus eſt talis. Sequitur enim. Et pacti ſūt pecuniam illi dare. Tales enim auaricia generat paſſiones. reddit impios et deum ignorare cōpellit Et ſi milies benefactum ſit eis. ad nocendum impellit. Vnde et hic ſequitur. Et ſpoſpondit. Theophilus. Id eſt pepegit et promiſit. et querebat oportunitatem vt eū traderet ſine turbis id eſt q̄rebat eum tradere quando videret eum ſeorſum exiſtentem ſine turbis. Beda Multi autem. iude ſcelus exhorrent. nec tamen cauent. qui eīn caritatis et veritatis iura ſpernit. criſtum qui eſt veritas et caritas prodit. maxime cum non infirmitate vel ignorancia peccet. ſed ad ſimilitudinem iude querat oportunitatem. vt arbitris abſentibus veritatem mēdacio virtutem crimine immutet.

**Venit autem dies azimorū. in qua neceſſe erat occidi paſcha Et miſit petrū et iohānem dicens. Eūtes parate nobis paſcha. vt manducemus. At illi dixerunt. Vbi vis paremꝰ. Et dixit ad eos Ecce introeuntibꝫ vobis in ciuitatē. occurret vobis homo āphoram aque portans. ſequimini eum in domū in quam intrat. et dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magiſter. Vbi eſt diuerſorium vbi paſcha cum diſcipulis meis mādu cē. Et ipſe vobis oſtē det cenaculū magnū ſtratum. et ibi parate Euntes autem inuenerunt ſic̄ ꝑdixit illꝭ ihs et parauerūt paſcha.**

Titus. Vt nobis dominus celeſte paſcha dimitteret tipicum māducauit figurā remouens. vt veritas locum obtinerē Vnde dicitur. Venit autem dies azimorū in q̄ neceſſe erat occidi paſcha. Beda Dies azimorum paſche quartamdecimam pmi mēſis appellat qn fermēto abiecto paſcha id eſt agnus occidi ad veſperam cōſueuerat. Euſebiꝰ Si quis autem dicat Si prima azimorum diſcipuli ſaluatori parant paſcha. ergo et eadē die oportet nos paſcha celebrare dicemꝰ q̄ꝛ non fuiſſe mo mcōe. ſed hyſtoriā facti. qđ accidit tempore ſalutifere paſſionis. Aliud autem ē narrare. geſta vetera. et aliud ſancire et poſteris ſtatuta relinquere. Quinneciam ſaluator nō egit paſcha cū iudeis q̄n do agnum imolabāt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſlam illi quidem hoc egerunt in paraſceue quan=
do paſſus eſt dominus· Vnde non introierūt in at
um pilati vt mãducarēt paſcha· Ex quo enim ve=
ritati inſidiati ſūt· verbū veritatis a ſe expulerāt
ſlō ꝑmo die azimoꝝ quo die debebat imolari pa=
ſcha· mãducantes ſolitū ſibi paſcha· Erant enim
erga aliud attenti· ſ3 die ſequēti poſt illam que e=
rat azimoꝝ ſcd̃a· Dominꝰ vero ꝑma die azimorū
hoc eſt quinta feria ſabbati· paſcha cum diſcipul̃
peregit· Theo· Eadem autē quinta feria· mit
tit duos ex diſcipulis ſuis ad parãdum paſcha· pe
trum ſc3 et iohannem alterum ſc3 vt diligentē al/
terū vt dilectum· Vnde ſequit̃ et miſit petrum et
iohãnem dicēs· Euntes parate nobis paſcha · vt
mãducemꝰ· p omnia manifeſtãs q̄ vſq3 ad extre/
mum vite non eſt aduerſatus legi· Mittit au
tem eos ad alienam domum · ſlam nulla domus e=
rat ei neq3 diſcipulis ſuis alioquin apud aliquem
eoꝝ paſcha celebraſſet· Et ideo ſubditur At illi
dixerūt· Vbi vis paremꝰ· Beda· Quaſi dicãt·
ſlō habemꝰ domicilium non habemꝰ tabernaculū
audiãt quib3 edificãdaꝝ domoꝝ cura eſt· cogno
ſcãt criſtum ōnium dominum· locum vbi caput re
clinaret nō habuiſſe· Chriſo· Cum aūt igno=
rarent ad quem mitterent̃· ſignum dedit eis· ſicut
et ſamuel ſauli· Vnde ſubditur· Et dixit ad eos· Ec
ce introeuntibus vobis in ciuitatem· occurret vo=
bis homo amphoram aque portãs· ſequimini eū
in domum in quā intrat· Ambroſiꝰ· Primum ma
ieſtatem diuinitatis aduerte· cum diſcipulis loq̃=
tur· ⁊ iam nouit quid alibi ſit futurum· deinde dig
nacionem eiꝰ intuere · quia non pſona diuitis aut
potētis eligitur· ſ3 pauper ambitur· ⁊ anguſtum
hoſpicium pauperis· ampliꝰ nobilium edibus an
tefertur Sciebat autem dominꝰ nomen eiꝰ cuius
ſciebat miſterium ⁊ occurſū· ſed ideo ſine nomine
deſignatur vt ignobilis eſtimetur· Theophi·
Vel ideo mittit eos ad hominem ignotum vt oſtē
dat q̄ paſſionem volūtarie ſubijt Qui enim mētē
huius ignoti viri ſubegit vt eos ſuſciperet· pote
rat quodcumq3 voluiſſet cum iudeis tractare· di=
cūt autem quidã· q̄ ideo ñ dixit nomen hominis ·
ne proditor cognito nomine domū pãderet pha
riſeis qui venientes cepiſſent eum priuſq̃ cena fie=
ret et ſpiritalia miſteria diſcipulis traderet· Sed
quibuſdam indicijs in quandam domū dirigit eos
Vnde ſequitur Et dicetis patrifamilias domꝰ· dic
tibi mgr̃ vbi ē diuerſoriū vbi paſcha cū diſcipul̃
meis manducem· Et ipſe vobis oſtendet cenaculū
magnum ſtratum· ⁊ ibi parate· Gloſa· Quibus
ſignis inuentis diſcipuli ſollicite que mãdata eiꝰ
fuerant impleuerunt· vnde ſequitur· Euntes autem
inuenerunt· ſicut ꝑdixit illis ihesus· et parauerūt
paſcha· Beda· Hoc paſcha exponens apoſtolꝰ
ait· Paſcha noſtrum immolatus eſt criſtꝰ· Quod
quidē paſcha tūc neceſſe erat occidi quaſi pater
no conſilio ac definicōne ſancitū· qui lic3 die ſeq̄n
ti hec eſt· xv· luna ſit crucifixus· hac tamen nocte
qua agnꝰ immolabat̃ a iudeis tētus ac ligatus
immolacionis hoc eſt paſſionis ſue ſacrauit exor=
dium· Theophilus· Intelligamꝰ autem diem
quidem azimoꝝ totam conuerſacionem que eſt in
luce ſpiritali nullam redolentē vetuſtatē prime
preuaricacionis ade · in qua viuentes non decet
delectari in criſti miſterijs· Hec autem miſteria pe
trus ⁊ iohãnes parãt id eſt actio et cōtemplacio
feruor celi ⁊ mãſuetudo pacifica· Hijs autem pa=
ratoribus occurrit homo· qui per predicta repe
rimus ſtatum hominis qui creatus eſt ad imaginē
dei· Qui portat amphoram aque que ſignificat g̃=
ciam ſpiritus ſancti· Amphora autem eſt humili=
tas cordis· Humilibus enim dat graciam · qui ſe
cognoſcūt eſſe terram ⁊ puluerem· Ambroſius
Vel amphora eſt menſura perfectior· aqua autē
eſt que ſacramētum criſti eſſe meruit · que lauare
meruit nō lauari· Beda· Parant autem paſca
vbi aque infertur amphora· quia tempus adeſt q̃
veri paſche cultoribus tipicus de limine auferat̃
cruor· Et ad tollenda crimina viuifici fontis bap=
tiſma conſecratur· Origenes· ſuper matheum
Ego autem puto q̄ homo qui ingredientibus diſ=
ſcipulis in ciuitatem occurrit· amphorã aque por
tãs erat quidem miniſter patrifamilias· portans
mundatoriam aut potabilē aquam in vaſe fictili·
quē puto eſſe moyſen ſpiritalē doctrinā portan=
tem in corpalibus hyſtorijs· Qui autē non conſe
quūtur ſpiritaliter eum· non celebrãt paſcha cū
iheſu· Attendamus ergo ipſo domino conſtituto
nobiſcum ad ſuperiorem locū in quo eſt diuerſo=
rium· quod demonſtratur ab intellectu· qui eſt in
vnoquoq3 homine paterfamilias· diſcipulis criſti
hec autem domus ſuperior ſit nobis magna vt ca=
piat iheſum verbum dei quod non capitur· niſi a
magnis ſenſu · Et ſit domꝰ hec a patrefamilias id
eſt intellectu preparata filio dei· ⁊ ſit mūdata nl̃
lomodo habens malicie ſordes· Sit eciam domus
illius princeps· non qualiſcūq3 cognitum ha=
bens nomē· Vnde miſtice dicit ſecūdum matheum·
Ite ad quendam· Ambr· In ſuperioribus autē
magnū habet ſtratū vt magnum meritū eiꝰ aduer
tas in quo dominus cum diſcipulis ſublimium vir
tutum eius delectacione requieſceret· Orige=
nes· ſuper matheum ſcire autem debemꝰ qm̃ qui in
epulacionibus ⁊ ſollicitudinibus ſecularibus ſūt
non aſcendūt in domum illam ſuperiorē ⁊ ꝓpterea
nō celebrant cū iheſu paſcha· Poſt ſermones em̃
diſcipuloꝝ quibus cathetizauerūt patremfamili
as id eſt intellectum venit ⁊ diuinitas coepulãs
diſcipulis in domo ꝑdicta·

**Et cum facta eſſet hora· diſcubuit ⁊ duodecim apoſtoli cū eo · et ait ill̃ Deſiderio deſideraui hoc paſca mãducare vobiſcū anteq̃ paciã Dico em̃ vobis quia ex hoc non manducabo illud · donec impleat̃ in regno dei·**

Cirillus· Poſtq̃
diſcipuli paſcha pa=
rauerant agit̃ d̃ pa
ſche comeſtione · Vn̄
dicitur· Et cum facta
eſſet hora· diſcubuit
⁊ duodecim apoſto=
li cum eo· Beda·
hora manducãdi pa
ſce deſignat quartã
decimam diem ꝑmi
mēſis perductam ad
veſperā· xv· luna iã
terris apparente·
Theophilus· Sed q̃
liter dominꝰ diſcum

**Et accepto calice gracias egit ⁊ dixit Accipite et diuidite inter vos Dico em̄ vobis ꝙ non bibam de generacione vitis· donec regnum dei veniat·**

Here dicitur· cū iudei ſtantes· paſcha manducarent· Dicunt ergo ꝙ cum manducaſſet legale paſcha ac cubuerūt ſcd̄m cōmunem vſum māducantes quoſdam alios cibos· Sequitur· Et ait illis· deſiderio deſideraui h̄ paſca māducare vobiſcum· anteq̄ȝ paciar· Cirillus· Quod ideo dicit· quia diſcipul⁹ auarus prodicionis tempus explorabat· ſed ne traderet eum ante feſtum paſche· non explicauerat domin⁹ domū vel viruȝ penes quem paſcha perageret· Cuius cauſa per hec verba oſtendit· Theopil⁹· Vel dicit· Deſiderio deſideraui· Quaſi dicat· Hec vltima mihi cena vobiſcum eſt· propter quod ⁊ amabilis eſt mihi· ſicut ⁊ qui peregre ꝓfecturi ſūt vltima verba ſuis dulcius ꝓferunt· Chriſo· Vel hoc dicit qꝛ poſt illud paſcha crux imminebat· Inuenim⁹ aūt pluries eū p̄dicentem ſuam paſſionem· ⁊ eam cupientem euenire· Beda· Deſiderat ergo primo typicū paſcha cum diſcipulis mānducare· ⁊ ſic paſſionis ſue mūdo miſteria declarare· Euſebius· Vel aliter· cū domin⁹ nouum paſcha celebraret· oportune dixit· deſiderio deſideraui hoc paſcha· id eſt nouum miſterium noui teſtamēti· quod tradebat diſcipulis· quod plures ante eū ꝓphete et iuſti cupiuerant· Sed et ipſe ſciens cōmunem ſalutem· hoc tradebat miſteriuȝ quod toti mūdo cōpeteret· Paſcha ꝟo moyſi ſtatutū erat in vno loco ſcȝ in hieruſalem celebrari Vnde n̄ cōgruebat omnibus gētibus· ⁊ ideo non erat deſideratū· Euſebius· Ex hoc hebionitaꝝ clemēcia de carnis eſu redargui poterat· domino māducante paſcha iudeoꝝ· Vnde ſignanter dixit· hoc paſcha ne quis ad aliud inuertere poſſet· Beda· Sic ergo domin⁹ legalis paſche approbator extitit ⁊ hoc ad ſue diſpenſacionis figuraȝ docēdo ptinuiſſe vetat vltra carnaliter exhiberi· vnde ſubdit· dico eniȝ vobis quia ex hoc nō māducabo illud donec impleat̄ in regno dei· i· nequaq̄ȝ vltra moſaicū paſcha celebrabo donec in eccleſia ſpiritaliter intellectū cōpleatur· ipſa em̄ eſt regnū dei· ſecūdum illud Regnum dei intra vos eſt· Ad vetus auteȝ illud paſca cui fineȝ deſiderabat imponere pertinet eciam illud quod ſubditur· Et accepto calice gracias egit ⁊ dixit· accipite ⁊ diuidite inter vos ob hoc g̃cias egit· quia vetera tranſitura et vētura fuerāt omnia noua Chriſo· Memento ergo cum ad mēſam ſederis· ꝙ poſt menſam oportet te orare atq̄ȝ ideo ventrem impleas ſobrie· ne grauatus nequeas genuflectere ac ſupplicare deo· Non igitur poſt eſcas ad lectum· ſȝ ad oracionem vertamur· Euidenter em̄ hoc criſtus ſignificauit· ꝙ p⁹ eſcas non ſomnus· non cubile· ſed oracio· ⁊ ſacraꝝ lectio ſcripturaꝝ ſuccedere debeat· Sequitur· Dico em̄ vobis ꝙ non bibam de generacione vitis· donec regnum dei veniat· Beda· Poteſt quideȝ hoc ⁊ ſimpliciter accipi· ꝙ ab hac hora cene vſq̄ȝ ad tempus reſurrectionis quo in regno dei erat venturus· vinum bibitur⁹ non eſſet poſtea namq̄ȝ cibum potumq̄ȝ ſumpſiſſe eum teſtatur petrus dicens· Qui manducauim⁹ et bibimus cū illo poſtq̄ȝ reſurrexit· Theophilus· Dicitur autē reſurrectio regnum dei· quia mortem exterminauit· Vnde ⁊ dauid ait dominus regnauit decorē indutus eſt ſcilicet formoſi amictus· ſecūdum yſaiaȝ· exuta corporis corruptela· Reſurrectione auteȝ adueniente iterū cum diſcipulis bibit· vt ꝓbaret ꝙ reſurrectio non erat phantaſtica· Beda· Sed multo conſequencius eſt· vt ſicut ſupra typicum agni eſū· ſic ⁊ potū paſche neget ſe vlt̄ guſtaturū donec oſtenſa gloria regni dei· fides mundi adueniat vt per duo maxima legis edicta· eſcam ſcilicet ⁊ potum paſchaleȝ ſpiritaliter immutata· diſceres omnia legis ſacramenta ad ſpiritaleȝ obſeruāciam fuiſſe transferenda·

**Et accepto pane gracias egit et fregit et dedit eis dicens· Hoc eſt corpus meuȝ quod pro vobis tradetur Hoc facite in meā commemoracionem· Similiter et calicem poſtq̄ȝ cenauit dicens Hic eſt calix nouū teſtamentum in ſanguine meo qui pro vobis fundetur·**

Beda Finitis paſche veteris ſolemnis· tranſijt ad nouum quod in ſue redempcionis memoriām· eccleſiam frequentare deſiderat· pro carnē agni ⁊ ſanguine· ſue carnis ſāguiniſq̄ȝ ſacramētum in panis ac vini figura ſubſtituens· ſacerdos in eternum factus ſecundum ordineȝ melchiſedech Vnde dicitur Et accepto pane g̃cias egit· ſic et d̄ veteribus terminandis gracias egerat· nobis exemplum tribuens in omni boni operis inchoacione et perfectione deum eſſe glorificādū Sequitur et fregit· Frangit ipſe paneȝ queȝ porrigit· vt oſtendat corporis ſui fractionem· non ſine ſua ſponte futuram· Et dedit eis dicens· Hoc ē corpus meum· quod pro vobis tradetur· Gregorius· Niſenus· Panis em̄ ante conſecracōnem cōmunis panis· ſed vbi ꝯſecratur miſterio fit· et dicitur corpus criſti· Cirillus· Nec dubites an hoc verū ſit eo manifeſte dicente· Hoc eſt corp⁹ meū· ſed pocius ſuſcipe verba ſaluatoris in fide· Cum em̄ ſit veritas· non mentitur· Inſaniunt igitur dicentes miſticam benedictionē a ſanctificacōne ceſſare· ſi que reliquie remanſerint ei⁹ in diē ſubſequentem· Non enim mutabitur ſacroſanctū corpus criſti· ſed virtus benedictionis ⁊ viuificatiua gracia iugis in eo eſt· Virtus em̄ viuificatiua dei patris vnigenitum verbum eſt· quod caro factum eſt· non deſinens eſſe verbum· ſed efficiēs carnem viuificatiuā· Si em̄ in aliquo liquore modicum panis immiſeris· reperies hunc imbibitum qualitati illius· Igitur viuificatiuum dei verbuȝ vniens ſeipſū ꝓprie carni· fecit eam viuificatiuā Nunquid ergo ⁊ quoniam in nobis vita dei eſt· dei verbo exiſtente in nobis viuificatiuū erit noſtrum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

corpus· Sed aliud eſt ſecundum participacionis
habitudinem nos habere i nobis dei filium· aliud
ipſum fuiſſe factū carnem ideſt corpus ſumptum
ex alma virgine ꝓprium corpus effeciſſe Decebat
ergo eū noſtris quodammodo vniri corporibus·
p ſacraʒ eius carnē et precioſū ſanguinem que ac=
cipim9 in bñdictione viuificatiua in pane et vi=
no· Ne enim horreremus carnem ⁊ ſanguinem ap
poſita ſacris altaribus· condeſcendens de9· noſtris
fragilitatibus influit oblatis vim vite· Conuer=
tens ea in veritatem proprie carnis ·vt corpus
vite quaſi quoddaʒ ſemen viuificatiuū inueniatur
in nobis· Vñ ſubdit· Hoc facite in meam comme=
moracionem· Chriſo· ſuper iohanneʒ· Hoc fe
cit criſt9 ducens nos ad maius amicicie fedus· ſu
amqꝫ claritatem declarans erga nos· preſtans ſe
non ſolum videri deſiderantibus · ſed ⁊ palpare
⁊ comedere et amplecti et totum affectum exple=
re· Igitur vt leones flammaʒ ſpirātes· ſic ab illa
menſa diſcedim9 terribiles facti dyabolo· Ba
ſilius· Diſce autem quo pacto decet edere corp9
criſti in memoriam ſcilicet obediencie xp̄i vſqꝫ ad
morteʒ vt qui viuunt non ampli9 in ſe viuant· ſed
in eo qui pro eis mortuus ē· et reſurrexit Theo
Duos auteʒ calices lucas cōmemorat· de altero q̄
deʒ ſupradixit· Accipite ⁊ diuidite inter vos· quē
dicet aliquis eſſe typum veteris teſtamēti· alteꝝ
vero poſt panis fractionem ⁊ diſtribucioneʒ ipe
partitur diſcipulis· Vnde ſubditur· Similiter et
calicem poſtq̄ cenauit· Beda· ſubaudit̄· dedit eis
vt ſit plena cōſtructio· Auguſtin9· de con· euā·
Vel q lucas bis de calice cōmemorauit· prius añ=
q̄ panem daret· Inde poſtq̄ panem dedit · illud
quod ſuperius dixit· preoccupauit vt ſolet· illud
vero quod ordine ſuo poſuit· non commemoraue=
rat ſuperius· Vtrūqꝫ aūt cōiunctū eandeʒ ſentē
ciam facit· que illoꝝ eſt ſcʒ mathei ⁊ marci· Theo
Nominat aūt domin9 hūc calicem noui teſtamēti
Vnde ſequit̄· Dicens hic eſt calix nouū teſtamētū
in ſanguine meo· qui pro vobis effundetur· ſigni
ficās nouū teſtamētum in ſuo ſanguine exordium
ſumere· Nam in veteri teſtamēto ſanguis aīalium
affuit· cum data fuit lex· Nūc vero ſanguis verbi
dei ſignificat nobis nouū teſtamentum· Cum aūt
dicit ꝓ vobis non ſignificat ꝓ ſolis apoſtol' cor
pus criſti datum· ⁊ ſanguineʒ effuſum fuiſſe· ſed
cā tocius humane nature ⁊ vet9 quideʒ paſcha ad
remouēdam ſeruituteʒ egypti fiebat ſanguis aūt
agni ad p̄mogenitoꝝ cuſtodia· Nouum vero pa=
ſcha ad peccatoꝝ remiſſionem· ſanguis aūt criſti
ad cōſeruacioneʒ eoꝝ qui dedicati ſūt deo· Cri
ſoſto· Hic eñ ſanguis operatur in nobis imaginē
regiam nobilitatem anime non pmittit marceſce=
re· ꝓtinus irrigans animaʒ· magnamqꝫ inſpirans
virtutem· Hic ſanguis fugat demones · aduocat
angelos et dominū angeloꝝ· Hic ſanguis effuſ9
lauit orbem ⁊ adibilem fecit celum· Huius parti=
cipes ſanguinis ſūt ſupernis virtutibus amicti· re
gio pallio· magis auteʒ ipſo rege induti· Et ſicut
ſi mund9 acceſſeris ſalubriter acceſſiſti· ſic ſi imbu=
tus conſciēcia praua· damnoſe accedis in penaʒ et
ſupplicia· Nam ſi qui imperatoriam coinquināt pur

puram pari pena plectuntur cum eis qui diuellūt
abſurdum non eſt· ſi ⁊ qui obſcena mente corpus
criſti recipiunt· pari pena plectuntur cum hijs q̄
illud clauis tranſfoderunt Beda· quia vero pa
nis confirmat· vinū vero ſāguinem operat̄ in car
ne hoc ad corpus criſti· illud refert̄ ad ſanguineʒ
Verum quia et nos in xp̄o· ⁊ in nobis criſtū ma=
nere oportet· vinum dominici calicis aqua miſcet̄
teſte eñ iohanne aque populi ſūt· Theophi·
Primo autem datur panis· ſecūdario calix · prior
enim eſt in ſpiritalibus laborioſus actus velut pa
nis non ſolum quia in vult9 ſudore laboratur· ſed
eciam quia dum comeditur· non eſt facilis ad glu
ciendum· Deinde poſt labores ſequitur exultacio
diuine gracie que eſt calix· Beda· Ideo autem
tunc cenati cōmunicauerūt apoſtoli· quia neceſſe
erat paſcha typicum ante conſūmari· ⁊ ſic ad veri
paſche ſacramenta tranſiri· Nunc aūt in honorem
tanti ſacramēti placuit magiſtris eccleſie· prius
nos ſpiritalibus epulis refici· ac deinde terrenis·
Grecus · Totum autem corpus et ſanguinem
domini ſuſcipit etiā ſi miſterioꝝ partem accipiat
Sicut eñ vnū ſigillum diuerſis totam ſuam figu
ram impertit̄· et integrum manet poſt diſtribu=
cionem· et ſicut vna vox penetrat ad multorū au
ditus· ſic nulli dubium ſit corpus et ſanguineʒ do=
mini totum in omnibus reperiri· Fractio auteʒ pa
nis venerandi paſſionem ſignificat·

**Verumtamen ecce manus tradentis me· mecum eſt in menſa· Et quidem filius homi nis· ſecundum q diffinitum eſt vadit· verū tamen veh homini illi per quē tradetur· Et ipſi ceperunt querere inter ſe q̄s eſſet ex eis qui hoc factur9 eſſet·**

Auguſtin9· de cō·
euange· Cum tradi=
diſſet dominus diſci
pulis calicem rurſus
de traditore ſuo lo=
cutus ē dicens· Veꝝ
tamen ecce manus t̄
dentis me mecum eſt
in menſa· Theop·
Quod dixit non ſolū
vt oſtēdat ſe ſcire fu
tura· ſed eciā vt oſtē
dat nobis ꝓpriam bo
nitateʒ ſcd̄m quā nō
pretermiſit· quin ꝓſ=
ſequeret̄ ea que ſpe
ctabant ad deū· Dat
eñ deus nobis exemplum· vt vſqꝫ ad finē ſataga
mus lucrari peccatores· et vt oſtendat ꝓditoris
nequiciam· qui et conuiua fieri nō erubuit· Cri
ſoſtomus· Et particeps exiſtens miſteriorum cō
uerſus non eſt· fit eñ ſcelus eius vtrumqꝫ imani9
tum quia tali propoſito imbutus adijt miſteria·
Tum quia adiens melior factus nō fuit· nec metu
nec beneficio nec honore· Beda· Et tamen nō d
ſignat ſpecialiter· ne manifeſtius correptus impu
dencior fieret · Mittit autem crimen in numero ·
vt agat conſcius penitenciam· Predicit autem et
penam· vt quem pudor non vicerat· corrigant de
nunciata ſupplicia· Vnde ſequitur· Et quideʒ fili9
hominis ſcd̄m q diffinitum eſt vadit· Theop·
Non quaſi non valens tueri ſeipſū· ſed ſicut defini=
ens ſibi mortem· ꝓpter humanam ſalutem· Cri
ſoſto · Sed quia iudas ea que ſunt ſcripta praua

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

intencione agebat ne quis putet eū innoxium tā= ꝙ̄ diſpēſacionis miniſtrū· ſubdit· Verūtamē veh domini illi per quem tradetur· Beda· Sed et veh domini illi qui ad menſam domini indignꝰ ac cedens in exemplum iude filium hominis tradit· nō quidez iudeis· ſed peccatoribus membris ſuis· et quamuis ſcirēt· xi· apoſtoli ꝙ nichil contra dominum cogitarēt quia tamen plus credūt magiſtro ꝙ̄ ſibi· timentes fragilitatem ſuam· querūt de peccato cuius conſcienciā non habebant· Sequitͬ enim Et ipſi ceperūt querere inter ſe· quis eſſet ex eis· qui hoc facturus eſſet· Baſilius· Sicut eniz in corporalibus paſſionibus ſunt multe quas non ſē ciunt pacientes· porro magis adhibent fidem cō iecture medicoꝝ ꝙ̄ ꝓpriam ſenſibilitatem attendant· ſic ꝛ anime paſſionibus· ſi quis in ſe peccatū non ſenciat· credere tamē debet hijs qui plus poſ ſūt cognoſcere ſua peccata·

**Facta eſt autem et cōtentio inter eos· ꝗs eorum videretͬ eſſe maior· Dixit autem eis· Reges gentium dominantur eorum· Et qui poteſtatem habent ſuper eos benefici vocātur Vos autem nō ſic ſed qui maior eſt in vobis· fiat ſic iunior Et ꝗ̄ preceſſor eſt ſicut miniſtrator· Nam quis maior eſt qui recūbit· an qui miniſtrat· Nonne qui recūbit· Ego aūt in medio veſtrum ſum ſicut qui miniſtrat·**

Theophilus· Cū inter ſe quererēt ꝗs eſſet dominum traditurus· conſequēs erat adinuicem ſibi dicere· tu ꝓditurus es et ex hoc coacti ſunt dicē ego pocior· ego maior· et ſimilia· Vn̄ dicitur· Facta eſt aūt ꝛ cōtencio inter eos quis eoꝝ videretur eſſe maior· Grecꝰ Vel hec contencio videtur habuiſſe motiuum· ꝙ cum dominꝰ ab hominibus tranſmigrarz· oportebat aliquem fieri alioꝝ principem· quaſi domini vicem gerentez Beda· Sicut autē boni· i ſcripturis exēa patrū quibꝰ ꝓficiāt ꝛ humilientur requirūt· ſic reprobi· ſi qd forte in electis reprehenſibile repererit quaſi ſuas ex eo nequicias obtecturi libenter ſolēt amplecti· Ideo multi ardentius legunt· ꝙ facta eſt contentio inter diſcipulos criſti· Ambroſius Si enim contendebāt apoſtoli· non excuſationi obtenditur· ſꝫ cautioni proponitur· Caueamus ergo ne in proditione aliqua inter nos de prelatione poſſit eſſe contentō· Beda· Potius autem videamꝰ· non quid carnales adhuc diſcipuli geſſerit· ſꝫ quid iuſſeit ſpiritalꝭ magiſter· Sequitur enim· Dixit autem eis· Reges gentium dominantur eoꝝ· Criſoſtimꝰ· Gentilium meminit· vt ex hoc rem vituperandam oñdat· Gentilium eſt ambire primatum· Ciril· Sed ꝛ blandi ſermōes eis offeruntͬ a ſubditis· Vnde ſeq̄tur· Et qui poteſtatem habent ſuper eos benefici vocantur· Sed illi quidem quaſi extorres a ſacris legibus huiuſmodi ſubiacēt morbis· Veſtrum autem culmen eſt in humilitate· Vnde ſequitur· vos autem non ſic· ſed qui maior eſt in vobis· fiat ſicut iunior· Baſil· Non ergo extollat preſidentē dignitas· ne ab humilitatis beatitudine corruat· Illud autem nouerit· ꝙ humilitas vera miniſterium plurium eſt· Sicut enim qui pluribus miniſtrat vulneratis ꝛ abſtergit cuiſlibet vulneris ſaniē· nō ſumit miniſterium in cauſam elationis· Sic multomagis cui omiſſe cure ſūt fraternoꝝ languorū· vt omnium miniſter· redditurus pro omnibꝰ rationem cogitare debet· ꝛ eſſe ſollicitus· Et ſic ꝗ̄ maior eſt· fiat ſicut minor· Decet autem ꝛ corporale obſequium ab hijs qui preſident offerri· exemplo domini lauantis pedes diſcipulorum· Vnde ſequitur· Et qui preceſſor eſt· ſicut miniſtrator· Non eſt autem timendum· ne in ſubdito ſoluatur humilitatis ꝓpoſitum· dū ei a maiori ſeruitur· ſꝫ in imitatione panditur humilitas· Ambroſius· Contínendum eſt autem quia non omnis honorificentie ſtudio humilitas definitͬ· Poteſt enim deferre alicui ꝓpter ſeculi gratiam· potentie metum· vtilitatiſq̄ʒ cōtuitum· tua edificatō queritur nō alterꝰ· ꝛ ideo vna datur omnibus forma ſētentie· vt non de prelatione iactantia ſit· ſed de humilitate contentio Beda· In hac tamen forma a domino tradita· maiores nō minima diſcretione opus habēt· ne ſcilicet ad inſtar regum gentium dominari ſubiectis· ſeq̄ʒ ab eis gaudeant laudibus attolli· ꝛ tn̄ contra delinquentium vicia per zelum iuſticie ſint erecti· Ad verba autem exhortationis ſumet adiūgit exemplum· Vnde ſequitur· Nam quis maior eſt qui recumbit· an qui miniſtrat· Nōne qui recūbit· Ego autem in medio veſtrum ſum· ſic qui miniſtrat· Criſoſto· Quaſi dicat· Non putes diſcipulū tui egere· te vero non illius· Ego enim qui nullo egeo· quo vniuerſa egent celeſtia ꝛ terreſtria· ad miniſterialem gradum condeſcendi· Theo· Oſtendit autem ſe miniſtrantē eis cū panem ꝛ calicem diſtribuit· cuius miniſterij mentōnem facit· rememorans eos ſi de eodem pane comederunt· et de eodem calice biberunt ſi ipſe chriſtus omnibus miniſtrauit· vnum debent omnes ſentire· Beda Vel loquitur ꝺ miniſterio quo ſcdʒ iohānem eoꝝ pedes lauit dominus ꝛ magiſter· ꝗuis etiā verbo miniſtrandi poſſint omnia que in carne geſſit· intelligi· ſꝫ ꝛ ſuum ſanguinem ſe pro nobis eff unde re miniſtrando ſignificat·

**Vos autem eſtis· ꝗ̄ permanſiſtis mecum i temptacionibus meis et ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit michi pater meus regnum· vt edatis ꝛ bibatis ſuper menſam meam in regno meo ꝛ ſedeatis ſup thronos xij· iudicātes xij· t̄bꝰ iſrahel·**

Theo· Sic̄ dominus ꝓditori premunciauerat veh· ſic diſcipulis remanētibꝰ ecōtrario bona· preſnunciat dicens· Vos autem eſtis· qui permanſiſtis mecū in tē tationibus meis· Beda· Non enim inchoatio paciētis· ſed perſeuerātia celeſtis regni gloria donātͬ· quia perſeuerantiā· que cōſtantia ſeu fortitudo mētis vocatͬ· dicimꝰ eſſe cunctaꝝ

coſumnaꝫ virtutum· Filiꝰ ergo dei ſecum permas
nentes in temptationibꝰ eternū ducit ad regnum
Si enim complantati facti ſumꝰ ſimilitudini mor=
tis eius· ſimul et reſurrectionis erimus· Vnde ſeq
tur· Et ego diſpono vobis· ſic diſpoſuit mihi pat
meus regnum· Beda regnum dei non eſt de hoc
mundo· Non autem equalitas ad dominum ſed ſimi
litudinis emulatio eſt· Solꝰ enim xp̄s plena ima=
go dei eſt· ꝓpter expreſſam in ſe paterne gratitu
dinis vnitatem· Juſtus autem homo ad imagineꝫ
dei eſt· ſi ꝓpter imitandam diuine conuerſationis
ſimilitudinem mundum hunc dei cognitione cōtem
nat· Vnde et corpꝰ chriſti edimus vt vite eterne
poſſimus eſſe participes· ꝓpter quod ſequit̄· Vt
edatis et bibatis ſuper menſam meā in regno meo·
Non enī victꝰ nob̄ et potus premij loco ſpondet̄ ſꝫ
comunicacio gracie celeſtis et vite· Beda· Vel
menſa ꝓpoſita omnibus ſanctis ad fruendum celes=
ſtis eſt gloria vite· qua qui eſuriūt et ſiciunt iuſti
ciam ſaturabuntur fruendo deſiderato gaudio veri
boni· Theo· Non autem hoc dixit quaſi futuris
illic corporalibus eſcis· et quaſi regno ſuo ſenſibili
futuro· erit enim illic angelica conuerſatio ſic ſa=
duceis predixit· Sed et paulus dicit non eſſe reg=
num dei eſcam et potum· Cirillus· Sed ex hijs q̄
ſunt aput nos ſpiritalia deſignat· Nam prerogati
ua quadam funguntur aput reges terrenos· qui
eis quaſi conuiue conſident· Ex humano ergo iudi
cio oſtendit· qui aput eū in primis honoribus ſta=
tuent̄· Be· Hec eſt enim immutatio dextre excelſi·
vt qui nunc humiles gaudent miniſtrare conſer=
uis· tunc ſuper domini menſam· ſublimes vite per
petue dapibus alantur· Et qui hic in temptacio=
nibꝰ iniuſte iudicati cum domino permanent· illic
cum eo ſuper temptatores ſuos iuſti iudices veni
ant· Vnde ſequit̄· Et ſedeatis ſuper thronos· xij·
iudicantes· xij· tribus iſrahel· Theo· Hoc eſt cō
demnantes ex duodecim tribubus infideles· Am
broſius· Non autem· xij throni tanquā aliqua cor
poralis ſunt receptacula ſeſſionis· ſed quia ſcd̄m
diuinam ſimilitudinē iudicat xp̄us cognitione cor
diū· nō interrogatōe factoꝝ· virtutē remunerās ipieta
tē cōdēnās· Jta apl̄i· in iudiciū ſpiritale formāt̄·
remuneratione fidei· execratione perfidie virtute
errorē redarguētes· ſacrilegos odio perſeq̄ntes·
Criſoſtimus· Nunquid autem illic ſedebit et iu=
das· Sed conſidera ꝙ lex ē data a deo ꝑ hieremiā
Si quid boni promiſero· ſi cenſeatis indignꝰ mul
ctabo te· Et ideo loquens cum diſcipulis· non ſim
pliciter promiſit· ſꝫ addidit· Qui permanſiſtis me
cum in temptationibꝰ· Beda Ab eius ergo ſub
limitate promiſſi iudas excipitur· Nā et anteꝗ̄ hec
dominus diceret· exijſſe credendus eſt· Excipiunt̄
et illi quicunqꝫ auditis incomprehenſibilis ſacra=
menti verb̄ abierunt retro·

Ait autem dominꝰ
ſimoni· Simon· Ecce
ſathan· expetiuit vos·
vt cribraret ſicut tri=
ticum· Ego autem ro
gaui ꝓ te· vt nō defici
at fides tua· Et tu ali=
quādo cōuerſus· confir
ma fratres tuos· Qui
dixit ei· Domine tecū
paratus ſum et in car=
cerem et in mortem ire
Et ille dixit· Dico ti=
bi petre· Nō cantabit
hodie gallꝰ· donec ter
abneges noſſe me·

Be· Ne gloriarent̄ vn
decim apoſtoli· et ſu
is viribꝰ tribuerēt·
ꝙ ſoli pene īter tot
milia iudeoꝝ dicerē
tur in tēptationibꝰ
ꝑmanſiſſe cū domino·
oſtendit eos ſi non iu
uātis ſe domini ēent
opitulatiōe ꝓtecti·
eadem procella cum
ceteris potuiſſe con=
teri· Vnde ſequitur·
Ait aūt dn̄s ſimoni·
ſimō· Ecce ſathanas
expetiuit vos· vt cri
braret ſic triticum id
eſt expetiuit vos tē=
ptare· et velut q̄ tri
ticum purgat venti
lando cōcuttere· Jn
quo docet nullius fi
dē a diabolo· niſi deo
permittēte temptari· Theoph· Hoc aūt petro
dixit· eoꝙ forcior alijs erat· et ſuperbire poterat
in hijs que promiſſa erant a chriſto· Cirillus·
Vel vt oſtendat ꝙ homines nihil exiſtentes quan
tum pertinet ad humanam naturam et lubricū mē
tis noſtre· non decet· vt preeſſe ceteris velint· Et
ideo omiſſis ceteris venit ad petrum ceteris pre=
latum· Vnde ſequitur· Ego autem rogaui pro te
vt non deficiat fides tua Chriſoſtomus· Nō aūt
dixit· Ego permiſi· ſed oraui· humiliter enim loq̄
tur tendens ad paſſionem· vt humanitatem demō
ſtret· Nam qui non deprecatione· ſꝫ imperio dixer
at· Super hanc petram edificabo eccleſiam meaꝫ·
et tibi dabo claues regni celorum· quomodo opꝰ
habebat oratione vt ōcitatā vnius hominis aiaꝫ
coerceret· Non autem dixit rogaui vt non neges·
ſed ne deſeras fidem· Theoph· Nam et ſi pau=
lulum agitandus ſis· habes tamen reconditum ſe=
men fidei ꝗ̄uis diecerit folia ſpiritus tēptatoris·
viget radix· petijt ergo ſathanas te ledere tanꝗ̄
inuidens tibi de mea dilectione· Sꝫ ꝗ̄uis egomet
pro te ſim deprecatus tu tamen delinques· Vnde
ſequitur· Et tu aliqn̄ cōuerſꝰ cōfirma fratres tuos
Quaſi dicēt· Poſtꝗ̄ me negato ploraueris ac pe
nitueris· corrobora ceteros· cū te principeꝫ apo
ſtolorum deputauerim· Hoc enim decet te qui me
cum robur es et petra eccleſie· Hoc autem intelli
gendum eſt non ſoluꝫ de apoſtolis· qui tūc erāt·
vt roborarētur a petro ſꝫ et de omnibꝰ q̄ vſqꝫ ad
finem mundi futuri ſunt fidelibus· ne ſcilicet ali=
quis credentium diffidat videns eum qui cum eſſꝫ
apoſtolus denegauit· ac iterum per penitentiam
obtinuit prerogatiuam· vt eſſet antiſtes mūdi·
Admirare igitur exuberantiam diuine patientie·
ne diffidere diſcipulum faceret nondum patrato
crimine largitus eſt veniam· ac iterum ip̄m in apo
ſtolico gradu reſtituit dicens· Confirma fratres
tuos· Beda· Quaſi dicat· Sicut ego tuam fideꝫ
ne deficiat orādo protexi· ita tu infirmiores fr̄es·
ne de venia deſperent confortare memento Am
broſius· Caue ergo iactantiaꝫ caue ſeculum· Jlle
iubetur confirmare fratres ſuos qui dixit om̄ia re
liquimus et ſecuti ſumus te Beda· Quia vero ſe
dominꝰ dixerat pro fide petri rogaſſe conſciꝰ ille
preſentis affectus ſideiqꝫ feruētis· Sed futuri ca
ſus neſcius· non credit ſe vllatenus ab eo poſſe de
ficere· Vnde ſequitur· Qui dixit ei· Domine tecum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

patꝰ ſum et in carcerem et in mortē ire. Theo. Pre nimia quidem dilectione flāmeſcit et impoſſibilia ſibi pollicetur. Decebat autem audito ſemel a veritate ꝗ temptandus eſſet nō amplius contēdere. Sed dominus videns eum preſumptuoſe loquentem. promit temptationis ſpeciez ſcilicet ꝗ negaturus eſſet. Vnde ſequitur. Et ille dixit dico tibi petre non cantabit hodie gallus. donec ter abneges noſſe me. Ambroſius Petrus quidem ⁊ ſi ſpiritu promptus corporis tn̄ adhuc infirmꝰ affectu. denunciatur dominum negaturus. Neqꝫ enī poterat diuine conſtantiam intentionis eq̄re. Paſſio domini emulos habet pares nō habet Theo. Hinc autem magnam doctrinam haurimus. ꝗ nō ſufficit humanum ꝓpoſitum abſqꝫ diuio ſubſidio. Petrus enim ꝗ̄uis feruens eſſet derelictus tamen a deo ſubplantatus fuit ab hoſte. Baſiliꝰ. Sciēdum autem ꝗ deo permittente timorati lapſū paciuntur quandoqꝫ ad faſtus precedentis r̄medium Sed quamuis idem videatur eſſe delictum timorati ⁊ aliorum. refert nō modicum Nam timoratꝰ ex quibuſdam inſidijs ⁊ pene prout voluit peccauit. Alij vero nullam gerendo curam neqꝫ ſui neqꝫ dei peccant. n̄ diſtinguentes inter peccare ⁊ agere virtuoſe. Vnde reor ⁊ iuſſionis modū in eis debere fore diuerſum. Nam timoratus quodam iuuamine indigens. ⁊ circa eandem rem erga quā peccauit iuſſa debet proferre. Alij vero cum totū bonum anime deſtruxerint. affligi ⁊ moueri et p̄ceptis ſubici debent. quouſqꝫ ratum ſit illis deū iuſtū iudicem eſſe. et ꝯtremiſcant Auguſtinus ẜ conſen. euan. Hoc autem quod hic dicitur de petri negacione predicta. omnes quidem euangeliſte cōmemorant. ſed non omnes ex vna eademqꝫ occaſione ſermones ad eam cōmemorandam veniunt. Nam matheus et marcus eam ſubnectunt. Poſtea ꝗ̄ dominus egreſſus ē ex illa domo vbi manducauerāt paſcha. lucas vero ⁊ iohannes. anteꝗ̄ inde eſſet egreſſus. Sed facile poſſemus intelligere. aut illos duos ea recapitulando poſuiſſe. aut iſtos preoccupando. niſi magis moueret ꝗ tam diuerſa nō tantum verba. ſed etiam ſententias domini p̄mittunt quibus permotus petrus illam preſumptionem proferret. vel pro domīo vel cū domino moriendi vt magis cogant intelligi ter eum expreſſiſſe preſumptionē ſuā diuerſis locis ſermonis xp̄i. et ter illi a domīo reſponſum. ꝗ eum ante gallicātum eſſet negaturus. Cirillus predixerat autez dominꝰ petro. ꝗ eū eſſet negaturus tempore ſcilicet ſue captionis. Sed quia ſemel facta eſt mentio de captōne eiꝰ. conſequenter nunciat ſuperuenientem ꝯtra iudeos ꝯflictū. Vnde dicit̄. Et dixit eis. quando miſi vos ſine ſacculo ⁊ pera ⁊ calciamētis. nunquid aliquid defuit voƀ. Mi

**Et dixit eis. quādo miſi vos ſine ſacculo ⁊ pera. et calciamentis nūquid aliquid defuit vobis. At illi dixerūt Nihil. Dixit ergo eis Sz nūc qui habet ſacculum. tollat ſimiliter et peram Et qui non habet. vēdat tunicā ſuam. et emat gladiū Dico eīm vobis. quoniam adhuc hoc quod ſcriptum eſt oportet impleri in me. Et cum iniquis deputatus eſt etenim ea que ſunt de me finem habent. At illi dixerunt. Domine. Ecce gladij duo hic. At ille dixit eis. Satis eſt.**

ſat eni ſaluator ſanctos apoſtolos predicare ciuitatibus et oppidis regnum celorū. precipiens vt eūtes nullius corpaliū curam gererent. ſed in eo totam ſpem viuēdi r̄ponēnt. Criſoſtomus. Sicut aūt qui docēt natare circa principium q̄dem manus ſuas ſupponētes attentius ſuſtentāt ſuos diſcipulos. poſtea plerumqꝫ manuz abſtrahentes iubent vt ſibi opitulentur. quinimo ⁊ paululū emergi permittunt ita et chriſtus fecit diſcipulis. In exordijs quidem preſto in cūctis eis aderat. pans eis vberrime affluentiam omnium. Vnde ſequitur At illi dixerunt. Nihil at vbi oportebat ⁊ ꝓprias vires oſtendere. ſubtraxit eis aliquantulum graciam. iubens eis ex ſe nō nulla peragere. Vnde ſeq̄tur. Dixit ergo eis. ſed nunc qui habet ſacculum. quo ſcilicet portatur pecunia. tollat ſimiliter et peram qua ſcilicet portantur cibaria. Et quidem quando nec calciamenta nec zonam habebant. non baculum. nec es. nullius paſſi ſunt penuriā. vt aūt marſubium conceſſit eis et peram. Eſurire vident̄ et ſitire et nuditatē pati. ac ſi eis dicit. Hactenus cuncta vobis vberrime affluebant nunc autem volo vos et inopiam experiri. Ideoqꝫ nō addico neceſſitati priſtine legis. ſed mando et loculū habere et peram. Poterat autem et deus vſqꝫ in finez eos in tanta conſtituere copia. ſed noluit ob multas cauſas. Primo quidem vt nihil ſibi tribuerēt. ſed recognoſcerent totum emanaſſe diuinitꝰ. Secūdo vt moderari ſibi ſciāt. Tercō ne maiora ẜ ſe opinentur. Horum igitur cauſā permittens eos incurrere multa inopinatorum relaxauit prioris legis rigorem. ne grauis et intollerabilis fieret eis vita. Beda. Non enim eadem viuendi regula perſecutionis qua pacis tempe diſcipulos informat. miſſis quidem diſcipulis ad predicandum. ne quid tollerēt in via precepit. ordinans ſcilicz vt qui euangelium nunciat. de euāgelio viuat. Inſtante vero mortis articulo. et tota illa gente paſtorem ſimul et gregem perſequente. congruā tēpori regulam decernit permittens vt tollant victui neceſſaria. donec ſopita inſānia perſecutorū tempus euāngelizandi redeat. vbi noƀ quoqꝫ dat exemplum. iuſta nonnūꝗ̄ cauſa inſtante quedam de noſtri ꝓpoſiti rigore poſſe ſine culpa intermitti.

Auguſtinus contra fauſtum nulla ergo inſtantia precipiētis ſed ratione diſpenſantis ꝓ tempū diuerſitate precepta vel conſilia vel permiſſa mutantur. Ambroſius. Qui autem ferire prohibetur emere gladium iubet. niſi forte vt ſit parata defenſio. non vltio neceſſaria. Et videri potuiſſe vindicari. ſed noluiſſe. Vnde ſequitur. Et qui non habet. ſcilicet ſacculum. vendat tunicam ſuam et

emat gladiũ Chriſoſto· Quid eſt hoc· Qui di-
xerat· ſi q̃s te ꝑcuſſerit in dextra gena· vertas ei et
aliam· nunc armat diſcipulos· et ſolo gladio· nam
ſi penitus armare decebat· non ſolum opoꝛtebat
gladium poſſidere ſed et ſcuta et galeas· Sed et ſi
mille huiuſmodi poſſiderent arma ꝓ tot iſultibus
et inſidijs populorum tirannorum· vrbium natõ
num qualiter· xj· cõparerẽt· et ex ſolo aſſpectu ag
minum non cõtremiſcerent· nutriti in ſtagnis et
fluuijs· Non ergo putemꝰ eum iuſſiſſe vt gladios
poſſiderent· ſed ꝑ gladios innuit imminentes in
ſidias iudeorum Vnde ſequitur Dico enim vobis
qm̃ adhuc hoc quod ſcriptum eſt opoꝛtet impleri
i me· Et cum iniquis deputatus eſt Theo· Cum
eñ ipſi int̃ ſe ſupra de p̃rogatiuis cõtenderit· non
eſt inquit tempꝰ prerogatiuarum immo pericu
loꝛum excidium Nam ego magiſter veſter ducoꝛ
ad moꝛtem non honoꝛabilem cum impijs deputan
dus· Etenim ea que ſunt de me ſcilicet p̃dicta finẽ
habent· i· implitõnẽ· Volens ergo violẽtum inſul
tum innuere· meminit gladij· nec pꝛoꝛſus reuela
uit ne tangerentur accidia· nec ꝓrſus obtituit· ne
repentinis aggreſſibus fluctuarent· Sed poſtea
recolẽtes mirarentur· quomodo ſeipſum p̃tium ex
hibuit paſſioni pꝛo ſalute humana Baſili· Vel
dominꝰ non iubet poꝛtare marſupium et perã et
emere gladium· ſed pꝛedicit futurum ꝙ ſcilicet a
poſtoli obliti tempoꝛe paſſionis donoꝝ et legis
domini auderent ſumere gladios· Sepius enim
ſcriptura vtitur imperatiua ſermonis ſpecie loco
ꝓphetie· In pluribus tamẽ libꝛis non inuenit̃· acci
piat· tollat· vel emat· ſed tollet et emet· Theo
Vel per hoc pꝛenuntiat eis ꝙ incurrerent famẽ
et ſitim· quod innuit per peram· et aduerſitates
nõnullas· quod innuit per gladium· Vel aliter·
ꝙ dominus dicit· Qui habet ſacculum tollat ſimili
ter et peram· videt̃ ſermo ad diſcipulos fieri· ſed
reuera reſpicit quãlibet iudei perſonam· Quaſi di
ceret ſi q̃s iudeoꝛum abundat facultatibus cõge
ſtis omnibus fugiat· Si autem quis vltima oppꝛe
ſus penuria colit regionem· hic ecia͂ amictum vẽ
dat et gladium emat· Inuadet eñ eos itollerabi
lis impetus pugne· vt nichil ad reſiſtendum ſuffi
ciat· Deinde pandit hoꝛum maloꝛum cauſam· quia
ſcilicet paſſus eſt penam ꝓphanis debitam cum la
tronibus crucifixus· Et cum ad hoc ꝑuentum fue
rit· ſumet finem verbum diſpenſatõnis· Perſecu-
toribus autẽ accident· que a ꝓphetis ſũt p̃dicta·
Hec igit̃ dominꝰ p̃dixit de futuris regioni iudeo
rum· ſed diſcipuli nõ intelligebant ꝓfunditatem
dictoꝛum putantes ob futuꝛum ꝓditoꝛis inſult
um gladijs opꝰ eẽ Vnde ſequit̃· At illi dixerunt·
domine ecce duo gladij hic At ille dixit eis· ſatis
eſt· Criſoſto· Et quidẽ ſi humano eos volebat
uti auxilio nec centum ſufficerent gladij· ꝙ ſi nole
bat eos vti humano ſubſidio· et duo ſupuacui ſũt
Theo· Noluit ergo dominꝰ eos repꝛehendere
quaſi non intelligentes· ſed dicẽs ſatis eſt· eos di
miſit· Quidã autẽ dicunt dominum iꝛonice dixiſſe
ſatis eſt· Quaſi diceret· Ex quo duo ſũt gladij ſuf
ficiant nobis ad tãtã multitudinẽ q̃ta nos debet
iuadere· Beda· Vel duo gladij ſufficiunt ad teſ
timonium ſpõte paſſi ſal uatoꝛis· Vnꝰ qui et apo
